ludis, prætermisso tamen Capitolii ascensu (in quo aliis Imperatoribus, cum Seculares solemnitates ab ipsis agerentur, Diis sacrificare mos erat) celebrato, ageret, ita inquit: *nec dubium est, quin Philippus tantæ devotionis gratiam & honorem ad* CHRISTUM *& Ecclesiam reportarit, quando vel ascensum fuisse in Capitolium, oblatasque ex more hostias, nullus Auctor ostendit.* Eundem Philippi Christianismum confirmat S. Hieronymus in Catal. Script. Ecclesiast. de Origene agens. Accedit Jornandes Episcopus Ravennas Lib. I. de Reg. ac temp. succeff. & Georg. Cedrenus in suo Hist. Compend. nec minus eruditissimus ille Card. Cusanus de Concord. Catholica Lib. III. cap. 7. Habent denique Chronica Cassiodori, Stadensis, Bergomensis, Genebrardi &c. ut adeo hic constans sensus, tum antiquioris, tum recentioris ætatis, Historicorum fuisse videatur.

III. Sed refragatur Pagius famosissimus ille Baronii Criticus, reponitque, Eusebium ex incerta fama Christianismum Philippi, reliquos ab Eusebio, ejus fidem nimia credulitate secutos, accepisse. Verum utut Eusebius factum illud Philippi pœnitentis ex fama referat, eundem tamen Christianum

fuisse plane pro comperto habet: sic enim in Græco exemplari lego: Τούτον κατέχει λόγος χρισιανόν ὄντα, ἐν ἡμέρᾳ ὑστάτῃ τοῦ Πάσχα πανυχίδος κτλ. *Hunc* (Philippum) *qui Christianus erat, fama est, in die ultimæ Paschatis Vigiliæ* &c. ubi τὸ λόγος (fama, seu sermo, scilicet populi) non ad τὸ χρισιανὸν, sed ad subsequentia referri debere, patet; neque enim si ita dicerem: Παῦλον κατέχει λόγος Αποσολὸν ὄντα, ἐν ἡμέρᾳ κτλ. ita exponeres: *Paulum, fama est, Apostolum fuisse & in die* &c. sed potius hoc modo; *Paulum, qui Apostolus erat, fama est, & in die* &c. Sed quid inani huic verborum litigio immoramur, quando ipse Eusebius in Chronico id absolute affirmat? ita enim inquit: *Primus omnium* (Philippus) *ex Romanis Imperatoribus Christianus fuit.*

IV. Alterum jam, & fortius, argumentum ex Actis S. Pontii Martyris Cimellensis petit Baronius, quæ apud Surium ad Diem XIV. Maji extant, a Valerio S. Pontii socio conscripta, & ex tribus antiquis, ac probatæ fidei MStis Bibliothecæ Colbertinæ a Baluzio L. II. Miscell. pag. 124. & seqq. publicata, ab Eruditissimi vero ac de Hagiographia immortaliter meriti Bolandi dignissimis Continuatoribus ad prædictam Maji

diem

diem edita. In Actis autem illis inter alia sic habetur: *Cujus* (Pontii) *sermonibus permoti Imperatores* (uterque Philippus) *crediderunt, & a S. Fabiano Papa baptizati sunt.* Sed & in Martyrologiis Usuardi atque Adonis, quibus Romana Ecclesia olim usa est, itidem ad 14. Maji notatum reperitur: *In Gallia S. Pontii M. cujus prædicatione atque industria postquam duo Philippi Cæsares ad fidem Christi conversi sunt, ipse sub Valeriano & Gallieno* (Philippi post Decium &c. successoribus) *Martyrii palmam adeptus est.*

V. Confirmant Christiana Philippi sacra leges saluberrimæ ab eodem latæ, quæ magnum religionis pietatisque zelum præ se ferre videntur: nam primo sentinam illam detestabilium turpitudinum Romæ inolitam exhausit, exoletorum classes tollendo, ut Lampridius in Alexandro Severo commeminit: cum tamen Ethnici Imperatores, Philippi successores, mox pestilentissimum illud hominum genus reduxerint, donec a CONSTANTINO Nostro lues hæc fœtidissima penitus expurgata fuisset. Poëtas deinde, quod arte sua ad inficiendos variis turpitudinibus juvenum animos abuterentur, ex albo bonarum artium Professorum

expun-

expunxit per L. Poëtæ 3. C. de Profeſſoribus & Med. *Poëtæ nulla immunitatis prærogativa juvantor.*

VI. Verum, quid adverſus hæc argumenta regerat laudatiſſimus ille Pagius, jam videamus. Imprimis ergo ad An. 244. num. 6. Actis illis Pontii fidem penitus ademptam vult, quod grandiores quædam auxeſes inibi reperiantur, maxime illa, quæ ſic habet: *Initio templum, quod magnum vocabant, ex juſſione Imperatoris arripientes S. Fabianus & beatiſſimus Pontius, confringentes omnia ſculptilia ſimul cum templo funditus everterunt. Itaque factum eſt, ut omnis populus ad notitiam D. N. J. C. cum alacritate & gaudio concurreret, ut baptiſmatis unda perfuſi Domino benedicerent.* Hæc autem pluraque ſimilia aliorum Authorum ſuffragiis deſtitui ſane fateri cogor, ut non mirer, ipſummet Baronium hæc cuidam interpolatori tribuere, quod in ejusdem Pontii Actis apud Mombritium deſiderentur. Quantum ad leges autem a Philippo latas, facilior eidem reſponſio eſt, ad abrogandas illas turpitudines non Religionis Chriſtianæ, ſed honeſtatis, cuilibet a natura inſitæ, dictatu permotum fuiſſe.

VII.

VII. Cum ergo suam hactenus propugnasset sententiam, jam adversam quoque, & non levi Marte, oppugnat Pagius, cujus proin argumenta, intermixtis etiam aliorum aliis, illico proponemus. Primo ergo S. Hieronymi testimonium, sane gravissimum, affert, qui Eusebianum Chronicon in hæc verba interpolat: *Regnantibus Philippis Millesimus Annus Romanæ Urbis expletus est, ob quam solennitatem innumerabiles bestiæ in Circo Magno interfectæ, ludique in Campo Martio Theatrales, tribus diebus ac noctibus, populo pervigilante, celebrati sunt;* ubi sine dubio ludos illos Tarentinos, impios sane (Demsterum Antiq. Rom. Lib. V. cap. 21. vide) innuit, de quibus Ausonius Edyl. XI.

Trina Tarentino celebrata Trinoctia ludo.

Sed & Sext. Aur. Victor. probatæ fidei scriptor, de Cæsarib. c. 28. refert, Annum Urbis Millesimum ludis omnium generum celebratum fuisse. Quis autem nescit, ejusmodi spectacula, ludosque, theatrales præsertim & Circenses, Christianis severissime interdictos fuisse? adeo quidem ut illos, tanquam validissima libidinis incentiva, & exitiosissimam morum corruptelam Patres

Ecclesiæ

Eccleſiæ antiquæ, S. Cyprianus & Tertullianus præſertim, acerrimis ſententiis perſtrinxerint. Et tamen, eodem Victore teſte in Hiſt. Aug. Epitome, tantam voluptatem ex his ludis cepit Philippus, ut in petulantiſſimos cachinnos, Imperatoria Majeſtate ſane indignos, erumpens, a Filio, nondum duodenni, averſo vultu notatus fuerit.

VIII. Sed quid? quod etiam victimas diis in iſta ſolemnitate immolaverit Philippus? cujus quidem rei teſtimonio rurſus Sext. illum Victorem l. c. de Cæſaribus adducit Pagius, ita narrantem: *Noſtra quoque ætate poſt mille centeſimus, Conſule Philippo*, (alium intelligit, integro ſeculo Philippis Impp. poſteriorem, qui anno 348. cum Salia collega conſulatum tenuit) *exceſſit, nullis, ut ſolet, ſolemnibus frequentatus: adeo in dies cura minima Romanæ Urbis; quod equidem denuntiatum illis prodigiis, portentisve, ex quibus unum memorari brevi libet. Nam cum Pontificum lege hoſtiæ mactarentur, ſuis utero maris fœminarum genitalia apparuere: id haruſpices ſolutionem*, (diſſolutionem) *poſterorum portendere vitiaque fore potiora*, (prævalitura) *interpretati.* Sicut ergo in ludis ſuis Secularibus

bus Severus Imp. porcam, ita jam Philippus suem, immundissimum animal, immolari fecit, ut plane credendum videatur, hujus ludos eisdem omnino ritibus, quibus illius, more scilicet gentilium Impp. peractos fuisse.

IX. At jam aliud argumentum, quo prius illud haud modice confirmari putat, producit sæpe laudatus Pagius, ex numis utriusque Philippi petitum; ii enim, si in unum omnes colligantur, ne minimum quidem Christianæ pietatis, contra autem gentilitiæ superstitionis manifesta produnt indicia, cum Constantini numismata ferme omnia Christianismi insignibus fulgeant. Apud Adolphum Occonem quidem ipsemet numum Philippi effigie insignitum reperio, cujus tergo Dea Salus cum serpente (haud dubie Æsculapium notat) impressa cernitur, cum inscriptione SALUS AUG. usti. Alius exhibet Junonem sedentem in templo, adjuncta epigraphe, Junoni MARCIALI S. C. Græcum dein ejusdem Imp. ibidem conspicio, cum Cybele turrita, additisque vocibus: ΘΕΑC CYPIAC ΙΕΡΟΠΟΛΙΤΩΝ *Deæ Syriæ Hieropolitanorum.* Alius item caput Jovis barbatum exhibet. Ab Angellonio dein apud Pag. ad cit. ann. num. 16. exhibetur

betur numus cum templo tetraſtylo, ſeu 4. columnis ſuffulto, circa cujus aram totidem perſonæ ſacrificantes cernuntur, cum inſcriptione: SECULUM NOVUM. Alterum is ex Spanhemio producit, cum iisdem vocibus, & 7. figuris ſacrificantibus. Superſunt multo plures, quos adducere ſupervacaneum eſſet. Nec minus Philippi Junioris numi certas gentiliſmi notas, Jovem, Martem, Dianam, rurſusque Cybelen præferunt. Quis jam aut qua ratione, ex alterutro Philippo vel ſcintillam Chriſtiani luminis aut nominis excutiat, aut tantam in Chriſtianis Impp. diſſimulationem ferat?

X. Tertium quoque accedit argumentum, quod ambo Imperatores, cum violenta morte concidiſſent, inter DIVOS ſolemni conſecratione relati ſint, ritu plane nonniſi gentilium proprio, qui bene de Chriſtiana Religione, male de gentilitia ſuperſtitione, meritis Imperatoribus tantum utique, ut illis videbatur, honorem non tribuiſſent. Denique ſi Philippus uterque Chriſtianis ſacris initiatus fuit, cur omnem Eutropii, Victoris, Capitolini &c. calamum, & maxime Zoſimi, nunquam non ſuum virus in Chriſtianum nomen evomentis, notam

tam & reprehensionem secus ac CONSTANTINUS, ejusque FILII successores, effugerunt?

XI. Denique fors suspecta erit Christiana Philippi Religio, quod titulo PONTIFICIS MAXIMI, passim in ejus numis occurrente, ac supremum sacrorum Antistitem Christianis designante, usus fuerit, quo sane abstinuisset, si in cœtum eorundem per baptismum a S. Fabiano, tunc PONTIFICE MAXIMO, receptus fuisset. Sane Sozomenus Lib. V. c. 1. tanquam rem novam observat, Julianum, repente mutata religione, semetipsum Pontificem Maximum dixisse: satis ergo innuit, antecessores ejus Imperatores, CONSTANTINUM, FILIOSque, quia Christianos, non admisisse hanc appellationem, tanquam nimirum manifestam gentilismi notam.

XII. Patere jam, Benigne Lector, ut, antequam ad illa S. Pontii Acta revertar, objecta hæc argumenta nonnihil submoveam. Philippum ergo ludos celebrasse ais, & quidem Christianis prohibitos? Non ergo dissimulandos in Imperatore, cujus ut Christiani, gesta non undequaque laudamus, ludos putas, qui, ut male quæsitum, (per cædem Gordiani præcessoris) stabiliret

Imperium, gentilium ſibi animos, ejusmodi ſpectaculis aſſuetos, conciliare opus habebat? At feres in Honorio, qui, utut Chriſtianus, religioni ſibi non duxit, ejusmodi ludos ſeculares edere, cum tamen & firmius teneret Imperium, & longe paucioribus, quam Philippus, gentilibus imperaret? Scio quidem id a Pagio rotunde negari: at affirmat Baronius, aliique, idoneis ſuffulti teſtibus, ut apud Eundem Ann. 404. num. 1. & ſeqq. videre eſt. Sicut ergo Honorius ſiniſtra gentilium perſuaſione, quaſi fatum Urbis his in ludis verteretur, ad eosdem induci potuit, cur idem non potuerit accidiſſe Philippo? Sed diis etiam immolatum fuiſſe contendis. An ab ipſis Philippis, eorumque juſſu? an a gentilium ſacrificulis, illorum permiſſu tantum?

Sane hoſtias illas lege Pontificum (non Philippi) mactatas eſſe, ait, Victor, & cum portentum illud immolati ſuis enarrat, mox ſubjungit: *quod fruſtratum iri credebat Imperator.* Non igitur tanta, qua gentiles ſolent, ſuperſtitione ejusmodi ſacrificiis & haruſpicinis addictus fuiſſe videtur. Deinde exemplis diſcimus, gentiles (adulatione nimirum ſua etiam Chriſtianis, quos a ſe repellere non poterant, Imperatoribus moleſtos)

stos) victimas pro iisdem immolasse, extaque a sacrificulis suis inspecta fuisse: cujus rei vel unum exemplum ex ipsomet Pagio ad Ann. 336. num. 24. affero.

Ita certe apud Eundem Ammianus Marcellinus Lib. XXV. c. 6. de IOVIANO Imperatore, Christiano utique, habet: *quæ dum ultro citroque geruntur, hostiis pro Joviano extisque inspectis, pronuntiatum est, eum omnia perditurum, si intra vallum remansisset, ut cogitabat.* Quis jam propterea Jovianum vel inscium, vel certe invitum, gentilismi arguet?

XIII. At numi illi, (quod alterum argumentum erat) nos premunt? Putas ergo Constantinianos, etiam post Maxentii internecionem, cum palam Christianis se addixisset sacris, percussos, omnibus falsorum numinum vestigiis carere? Vidi ego quidem apud sæpe laudatum Occonem, qui MARTI PATRI CONSERVATORI: alium, qui HERCULI CONSERVATORI: tertium, qui SOLI INVICTO, inscriptus esset: quartus ISIDEM (Ægyptiorum numen) cum sistro habet, additoque lemmate: VOTA PUBLICA. Sed & Constantii apud eruditissimum nostrum Montfauconium in suæ Antiquit. Explic. Tom. II. P. I.

L. I. c. 16. numum reperio, cujus inſigne Cynocephalus, ſeu ANUBIS, (itidem Ægyptiis adoratus) dextra ſiſtrum, ſiniſtra caduceum præfert. An propterea CONSTANTINUS aut CONSTANTIUS ejusdem Filius, tibi de gentiliſmo ſuſpecti ſunt? Minime id quidem: neque enim ipſe ignorare potes, monetarios, cum ejusmodi numos cuderent, juſſu quidem Provinciarum, aut Civitatum, gentilium nempe, plerumque autem injuſſu Imperatorum, Chriſtianorum præſertim, feciſſe.

XIV. Mortuis vero habitum utrique Philippo Divorum honorem a gentilibus ais. Non id nego: iſtud autem, non etiam aliis Impp. & Chriſtianis quidem, id, quod putarunt, honoris. genus obtigiſſe. Sane CONSTANTINUM ipſum ſolenni apotheoſi inter divos a gentilibus receptum fuiſſe, Eutropius Lib. XI. teſtis eſt. Idem honos Conſtantini ſucceſſoribus prope omnibus, ultimusque Valentiniano ſecundo obtigiſſe, citra ullam gentiliſmi notam, gravi authorum teſtimonio paſſim confirmatur. Quid autem id Scriptorum ſilentium? Ajo, hujus quidem cauſam mihi non liquere, bene vero iſtud, Victorem & Eutropium Philippi & Conſtantini Chriſtianismum æquali-

ter

ter tacere. Zoſimus fortaſſe ideo Philippi Chriſtianam religionem penitus præteriit (nam tegere certe poterat) quod huic Chriſtiani Imperatoris gloriam invideret. Cæterum autem ita non commendat Philippum, ut potius hoc ſuppreſſo, at aperto in Chriſtianam Religionem odio, Decium, monſtrum illud vel ſola in Chriſtianos perſecutione famoſum, aut infame potius, extollere videatur. Magis autem iſtud quis mirari poſſet, Julianum Imperatorem, cum in Lib. de Cæſaribus omnes ferme ſuos anteceſſores, Conſtantinum præſertim, patruum ſuum, acriter (quia nempe Chriſtianum) perſtrinxiſſet, Philippum tamen penitus diſſimulaſſe: nempe aut compendii gratia, aut quod regimen ejus nimis breve, quinquennale duntaxat, fuerit, ut nonnullos alios, præteriit: aut denique Imperatorem, Chriſtianis ſacris contra omnium præceſſorum inſtituta addictum, ne quidem memoria dignum judicavit.

XV. Supereſt jam, ut neque ex PONTIFICIS MAXIMI titulo Philippo Chriſtianam Religionem adimi ſinamus. Ne credas igitur, quisquis hæc legis, in Chriſtianis Impp. illico præfatum ceſſaſſe titulum. Teſtis ſit Servius, Grammaticus, qui AR-

CADII & HONORII IMPP. temporibus florens, in III. Æneid. ita ſcribit: *Unde hodieque Imperatores dicimus Pontifices.* Sed & JUSTINI, qui VI. Eccleſiæ Seculo Imperium tenuit, apud Pagium ad Ann. 312. n. 22. ex Grutero inſcriptio, Juſtinopoli in Iſtria inſculpta, legitur: D.*ominus* N.*oſter* CÆSAR JUSTINUS P.*opuli* SAL.*us*, PIUS, FELIX, VICTOR, ac TRIUMPHATOR SEMPER AUG.*uſtus* PONT.*ifex*, MAX.*imus* &c. Scito autem, non ab ipſis Impp. hanc appellationem ſibi aſcitam, ſed ab adulante populo, ipſoque ſubinde Senatu, attributam, aut verius obtruſam fuiſſe, qua de re ipſummet eruditiſſimum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lumen, Pagium l. c. conſules.

XVI. Quod ergo tandem de Actis illis S. Pontii M. ſtatuendum judicium? inquis. Si meum requiris, candide ediſſero, a Pagio non ſatis infirmata videri. Si enim eadem apud Bolandianos evolvere lubuerit, tanto ſtyli candore, eaque ſimplicitate, neſcio quam pietatem ſpirante, deducta reperies, ut juſta impoſturæ ſuſpicio vix relinqui videatur, quin, quoad narrationis ſaltem ſubſtantiam, pro legitimis cum Baronio, aliisque recipienda ſint. Ex quibus proin utrum-

trumque Philippum Christianos eo fidentius affero, quod & aliæ conjecturæ, sane non inanes, idipsum suadeant. Imprimis etiam MARCIAM OTTACILLAM SEVERAM, Philippi Senioris Conjugem, ab Origene ad veram fidem conversam, tum & litteras eadem ex causa, ab hoc ad illam, immo & ipsum Philippum, scriptas, adhuc suo tempore extantes, Eusebius Cæsareensis Hist. Eccles. Lib. VI. c. 36. testis est, quæ omnia S. Hieronymus quoque in Catal. Script. Eccles. de Origene agens, confirmat. Suffragantur dein Acta S. QUIRINI M. a florentissimo Monasterio ad Lacum Tegurinum in Superiori Bavaria (vulgo *Tegernsee*) ubi sacræ exuviæ S. Quirini M. in hunc diem summa fidelium veneratione asservantur, ad Bolandianos transmissa, atque ab iisdem ad D. 25. Martii inserta. Etsi autem apud veteres Scriptores nec ego, nec alii observare potuerimus, duos Philippi filios, juniorem-que natu Quirinum fuisse, id tamen unanimi calamo omnia MSta prælaudati Monasterii affirmant, ut Anonymus quidam, in Libello suo Ann. 1732. vernacula nostra edito, testatur. Licet autem Documenta illa non undequaque consentiant, an Severa, postea Genovesa dicta, cum Filio Qui-

rino itidem a S. Fabiano Papa, eodemque cum Philippis tempore, an poſt utriuſque cædem demum, ſalutaribus undis abluta fuerit: factum tamen ſimpliciter, ſimulque Philippi Chriſtianam Religionem, uno ore confirmant. Denique veriſimilitudine non caret, Decium, hominem tot beneficiis & honoribus a Philippo auctum, non alia ex cauſa contra eundem, niſi odio veræ religionis, inſurrexiſſe, ipſamque omnino ambobus Philippis necem intuliſſe, ac tandem in univerſos Chriſti fideles, diriſſima perſecutione excitata, ſæviiſſe: ita certe Acta illa Tegernſeenſia habent, & pridem S. Hieronymus l. c. annotavit, inquiens: *Crudelitas perſecutionis adverſus Chriſtianos inſurrexit, eo quod in Philippi Religionem deſæviret Decius.* Ex quibus ſane conficio, Philippum, non quidem primo Imperii ſui Anno, ut quidam apud Baron. ad Ann. 246. num. 2. contendunt, attamen eo, quo milleſimus Urbis agebatur, Chriſtianum fuiſſe.

XVII. An ergo Philippus primus Chriſtianus Imperator contra Lactantium dicendus? non continuo id quidem; hunc enim honorem ſoli CONSTANTINO reſervandum duco. Etſi enim videatur durior nonnihil ſententia Pomponii Læti, cui Philippus

pus homo Punica fraude deterior, audit, qui, ut scelera tegeret, cultum Christiani nominis simulabat: meretur tamen hanc in rem audiri acutissimum judicium Natalis Alexandri, qui Hist. Eccles. Sec. II. num. 10. eundem occulte duntaxat, non palam Christianam Religionem professum esse ait. „Noverant, pergit, Christiani, ipsum Chri„stianum esse: præsumebant ethnici, ipsum „deorum esse cultorem, quod eorum sa„cra, ritusque patefieret. Non sinebat au„tem rerum, temporumque conditio, ut „palam Christianus innotescceret, utque „templa gentilium dirueret: quia non sa„tis firmum erat ejus Imperium, & Sena„tus, Populique Romani, atque exercitus „inconstantia & levitas in Principibus mu„tandis, quæ in ejus Decessorum cædibus „se prodiderat, ratio erat occultandæ eth„nicis suæ Religionis, ut vitæ suæ atque „Imperio consuleret. Sic enim Ecclesiæ „rebus utilior erat, quam si hocce rerum „statu palam se Christianum professus es„set.„ Quo uno judicio jam vides, superius objecta argumenta satis infirmari. Philippus ergo, qui fortasse plus æquo etiam dissimulabat suam Religionem, qui & injuria obtinuit Imperium, qui & istud solum

quinquennale, nec publicis Chriſtianæ fidei monumentis inſigne redditum, tenuit, tanto elogio condecorandus haud videtur. At vero ſicut uſu paſſim receptum eſt, ut reî collapſæ reparator primi Conditoris & Authoris nomine veniat, ita Conſtantinus, qui Chriſtiani Nominis inimicis palam inimicus, idolorum templa ubique diruit, Chriſtianorum collapſa aut diruta reſtauravit, nova quoque ipſe, & magnificentiſſima erexit, Eccleſiæ Theſauros immenſis ſumptibus ditavit, Summum ejusque Pontificatum novo ſplendore circumfudit, ubique IMPERATOR, ubique CHRISTIANUS, PRIMUS quoque CHRISTIANI NOMINIS IMPERATOR præ Philippis ſalutari meretur.

Endlich wird das Auge noch beluſtiget durch ein bey dem Beſchluß angebrachtes, und niedlich geſtochenes Sinnbild von einem alten Adler, dem zwey junge gegen die Sonne nachfliegen, mit der Beyſchrift:

PATRIS EXEM-

PLO.

XVIII.

Ein Brief Christian Scrivers.

Aus der Urschrift.

Es ist derselbe von diesem geistreichen Lehrer unserer Evangelischen Kirche gestellet an den weyland hochverdienten Augspurgischen Theologum und Seniorem Gottlieb Spitzel, an welchen auch die zwey folgende gerichtet sind. Des seel. D. Speners Gutachten über seinen Ruf an den Königlich-Schwedischen Hof, dessen Meldung geschicht, ist zu lesen in dem ersten Theile seiner Theologischen Bedenken p. 453. sqq. womit zu verbinden der dritte Theil p. 402. sqq.

Merkwürdig ist, was Christian Otto **Weinschenk** in der Lebens-Beschreibung des theuren **Scrivers** p. 16. von dieser Sache berichtet: nemlich da der gottselige Mann zur demüthigen Abwendung solcher wichtigen Vocation so wohl sein angehendes hohes Alter und graue Haare, als auch die Schwachheit des Leibes und beschwerliche Reise vorstellte, so habe die Königin die denkwürdige Antwort gegeben: Eben die grauen Haare, als der Alten Schmuck und Crone, stünden

ihr

ihr am besten an, sie könnten vielmehr dieselbe veneriren als eine Peruque. Wegen angeführter Leibes-Schwachheit wären in Schweden gute Mittel dazu, und sollte es an guter Pflege nicht mangeln. Was die beschwerliche Reise anlangte, wollten sie alle fügliche Anstalt machen lassen, und dabey keine Kosten ansehen, wenn sie ihn auch in einer Sänfte dahin tragen lassen sollten. Und das nur einzig und allein darum, daß Sie einen solchen Mann hätten, wie Sie sich ihn vorstellten, der fleissig auf ihre Actiones Achtung hätte, Sie vor allem Bösen warnte, und zum Guten anmahnte, der Ihr ungescheut sagte, nicht, was man thun wollte, sondern was man thun sollte. Sie offerirten dabey, so das Salarium noch nicht hinlänglich, solches noch bis 1000. Thaler zu vermehren, versicherten auch alles, was er nur verlangte, und seine Bestallung beträfe, allergnädigst schriftlich einzugehen.

Alle diese gnädige Vorstellungen verursachten, daß er sich selbst nicht zu helfen wußte, und dahero sich des Raths dreyer angesehener Gottesgelehrten bediente, deren in dem Briefe gedacht wird.

Admodum

Admodum Reverende, Ampliſſime, atque Excellentiſſime Vir, Domine, Fautor, Amice, & in ℔ Eſu noſtro Frater chariſſime.

Diu jam in ære tuo ſum, & reſponſum ad amiciſſimas tuas ultimas, quæ Infelicis Literati iteratam & ampliorem repræſentationem mihi ſub initium hujus anni ſiſtebant, debeo. Diſtinuit autem me eo tempore & ſequentibus pluribus ſeptimanis graviſſimum Vocationis negotium, quod Sereniſſima Sueciæ Regina deſignata & deſponſata mihi fecit, & per plures perſonas, pluribus literis, & prægnantibus rationibus ita intendit & urſit, ut tandem ad tranquillandam conſcientiam mihi eundum fuerit ad tres graviſſimos, & ob ſinceram pietatem & cœleſtem prudentiam celeberrimos Theologos, D. Gejerum nempe, D. Spenerum, & D. Kortholdum, & res tota eorum judicio committenda. Quum autem primus & ultimus reſponderent, non videri e re Eccleſiæ & mea, vocationem oblatam acceptare, & mutationem graviſſimis argumentis diſſuaderent, medius autem acceptandam quidem arbitraretur, ſed ſi id fieri poſſet, bona cum pace Eccleſiæ & Gregis

hacte-

hactenus mihi commissi (qui tamen magno cum zelo rei inde ab initio interceſſerat & contradixerat); & ſi id conſultum videretur Medico docto, pio & conſcientioſo, cui corporis mei conſtitutio perſpecta eſſet: (Is autem ob ætatem ingraveſcentem, & afflictam valetudinem mutationem dudum diſſuaſerat,) conſilium eorum pro divino conſilio, ut debui, habui, & ut cœperam, Sereniſſimæ Reginæ humillime ſcripſi, ætate & infirmitatibus variis, me prohiberi, ne vocationem & conditionem honorificam & opimam, tam gratioſiſſime oblatam, acceptare queam. Atque illa, quæ eſt ejus pietas, tandem in hoc reſponſo, ſuffragio Theologorum firmato, gratioſe acquievit. Hoc onere, quod diu me anxium habuit, ita per Dei gratiam devoluto, Amiciſſime & Chariſſime Spizeli! en alterum, idque multò gravius, à JEſu meo humeris meis imponitur. Quod quale ſit, chartæ, quas mitto, loquuntur: Abſtulit mihi Deus meus delitias oculorum meorum, imo partem dimidiam cordis mei, uxorem pientiſſimam, ſuaviſſimam, & omnibus virtutibus ſexui ſuo convenientibus ornatiſſimam, & mei amantiſſimam. Abſtulit eam ætate mea in ſenium vergente; Abſtulit, cum ejus ope

&

& opera, consilio & auxilio, in educatione liberorum, in re familiari, in cura corpusculi tot infirmitatibus obnoxii, quam maxime indigerem! adeoque jam tertia vice mœstissimum me viduum esse voluit. Qui luctuosissimus casus quam graviter me afflixerit, quot gemitus, & lacrymas mihi expresserit, quot curis, difficultatibus, & impedimentis studiorum & laborum meorum sacrorum me involverit, piis & amicis cordibus conjectare facilè licet. Fateor non deesse mihi argumenta consolationis, quæ olim aliis in simili luctu copiose, secundum gratiam cœlitus concessam, suggessi, & jam Parti IV.tæ Operis Psychagogici inserta publice, in usum Ecclesiæ proposui: Sed ô quam difficulter ea cor meum admittit! Spiritus equidem promtus est, sed caro infirma. Luctor tamen, & animum, quantum per Dei gratiam possum, ad complacentiam voluntatis divinæ, & tranquillitatem in JEsu meo, & ejus beatissima unione & communione, à qua nulla afflictio, sive præsens, sive futura separare potest, instituo & compono. Quem pium conatum meum, ut una cum cæteris Amicis Augustanis, in Domino dilectissimis, piis precibus tuis, Amicorum Optime & æstimatissime,

me, adjuvare, mihique in hoc onere ferundo auxilio esse velis, summoperè rogo. JEsus Te servet Ecclesiæ & familiæ tuæ! & vos a consimili calamitate & luctu diutissime immunes præstet. Plura addere, lacrymæ inter scribendum obortæ, & rugitus cordis vulnerati erumpentes, vetant. Vale Spizeli Optime, & fave

Tuæ Amplitudini, &
Excellentiæ

Magdeb. d. 30. *April.*
1680.

ad preces, & officia quævis paratissimo

C. Scriverio.

XIX.

Zwey andere Briefe des seel. Scrivers.

Aus dem *Original.*

Ich habe ehemals in dem zehenden Theile der Amœnitat. literar p. 685. sqq. einen erbaulichen Brief dieses frommen Mannes an das Licht gestellet, welchen dem

dem weyland sehr beliebten und geistreichen Prediger in Zürch, Johann Jacob **Ulrich**, auf seinem Sterbebette sein Liebling, mein auch nach dem Tode noch werthgeachteter Freund, der gründlich gelehrte und friedfertige Schweitzerische Theologus, Jacob **Zimmermann**, unter anderm zu seiner sonderbaren Erweckung vorgelesen, da ihm dann vorzüglich diese Worte gefallen: Sequor solem meum, instar heliotropii, etiam nubilo & fulminante cœlo, & paratus sum per Spiritus sancti gratiam, ad exemplum dulcissimi & dilectissimi Salvatoris, reclinato in sinum & cor Patris cœlestis capite, in cruce mea tranquille & placide mori. Dulcis mihi fuit & erit, ipso dante, sancta ipsius & optima voluntas, etsi felle & aceto mixta fuerit. Welches derselbe bezeuget in der Beschreibung des Lebens und Todes gedachten **Ulrichs** p. 89.

Ich hoffe, folgende werden auch nicht ohne Erbauung gelesen werden, zumal der erste, welchen er bey einer tödlichen Kranckheit durch die Feder seines Sohns schreiben lassen, die Nachschrift aber selbst mit zitternder Hand beygefüget. Er hat nach diesem Lager noch bis in das 13. Jahr gelebt, und ist A. 1693. den 3. April seelig entschlafen. Sein wohl-

gerathener und Hofnungs-voller Sohn aber, der den ersten Brief geschrieben, wurde ihm A. 1681. nebst zweyen Töchtern durch die Pest entrissen, von welchem der seel. D. **Lütke** zeuget, daß er ihn mit höchstem Recht ein Licht nennen könne, dessen erstes Anglimmen schon gezeiget, in welchem Glanze er dereinsten GOtt zu Ehren und der Kirche zum Besten würde geleuchtet haben, wenn es dem HErrn gefallen hätte, ihn länger leben zu lassen. S. **Weinschenks** Lebens-Beschreibung des seel. **Scrivers** p. 36. und 44.

I.

JESUM!

Maxime Reverende, Ampliſſime, atque Excellentiſſime Vir, Domine Fautor, & in Chriſto Frater plurimum colende.

Etſi mihi nullum hactenus fuit dubium, quin literæ, quas proximis Lipſienſibus nundinis Fratri tuo honoratiſſimo, ſimul cum carminibus, ſummis ſuaviſſimæ meæ Conjugis honoribus dicatis, miſi, jam tum eſſent redditæ: tamen ex ultimis Tuis certior factus ſum, nihil ad Te horum perveniſſe;

nisse; Quo fato, nescius ipse sum, &, me vel negligentiæ, vel oblivionis saltem nomine suspectum Tibi hoc futurum negotio, doleo gravissime. Quanquam nullam penes me culpam residere, simul ipsa Tua plurimum Reverenda Dignitas facile, ut opinor, judicabit: simul res tandem ipsa docebit, quandoquidem nunc demum Tibi esse exhibitas, autumo. Ex quibus tandem summum meum dolorem, cujus tamen autorem Deum omnino facio, Te intellexisse, reor. Placuit sanctissimo Numini illud laborum, molestiarumque mearum levamen auferre; Placuit Patri meo cœlesti, illud meæ jamjam maturantis senectæ dulce solatium eripere. Quodsi mortali ad interiora Dei consilia penetrare, fas est, ob hanc gravissimam præ cæteris forte causam placuit, ut, quæ nunc aliis propono in Thesauro (cujus pars quarta absolutis sub preio jam alphabetis sex, continuationem a me jam dudum poscit, certum enim mihi erat, hunc, de quo nunc ago, tomum ad nundinas Lipsienses, quæ festo Paschatos celebrantur, perficere: Sed homo proponit, Deus disponit) ipse ego vel meo exemplo comprobare possem. Cum enim ibi, uberrimus de calamitatibus, variisque piorum

curis dicendi campus pateat, noluit dulciſſimum Numen committere, ut, quæ intentata a me dici poſſent, conſcriberem. Sane per varias ærumnarum claſſes hoc duce, atque auſpice ducor adhuc. Etenim non hâc modo curarum mole premor, verum per ſeptem etiam hebdomadas, & quod excurrit, febris malitia, quæ omnem Medicorum operam adhuc eluſit, teneor, ut adeò præ dolore, atque infirmitate corporis, neque munere, quod mihi demandatum, fungi, neque ſueta induſtria, ac labore in edendo Theſauro uti, immo ne quidem è lecto, quin animi deliquium patiar, pedem efferre queam. Vides, Amice, & in Chriſto Jeſu Frater honoratiſſime, paternum in me illius amorem: Vides, quam ſit in vita noſtra providentia ejus varia quidem, ſed ſancta: Sed ſimul videbis, quî non patiatur vel in ipſis calamitatum, atque ærumnarum fluctibus ſuos omni ſolatio deſtitui Numen illud optimum: Illud ipſum eſt, quod ægritudini, ac morbo noſtro medetur: Illud eſt quod Spiritûs ſancti gratia nobis vires concedit in alto ſilentio tolerandi, quæcunque tandem fata velint: Illud denique eſt, quod ſumtus, qui largiores in hac rerum facie fuere, ſed mira ratione largitur.

En enim providæ mentis divinæ rariſſimum, ac ſolamine pleniſſimum exemplum ! Miſit heri quidam civium veſtrorum, cognomento Gerhard Greiff litteras, quibus maximas mihi agit gratias pro Theſauro, ſimulque in gratæ mentis teſſeram 12. imperiales miſit. Huic certe, ut ipſe intelligis, nihil horum conſtitit, ſed Deus, cui ſoli debetur gloria, mentem pientiſſimi hujus viri eò direxit, ut, ubi calamitas ad juſtam fere excreverat magnitudinem, inopiæ meæ ſua copia ſubveniret. Sanctè enim affirmare poſſum, maximam ſalarii partem, quæ mihi ab Antiſtitibus ante feſtum S. Johannis ſoluta eſt, exhauſtam fere eſſe. Sit bonus ille Deus merces, ac præmium ejus magnum ! Ille hodienum vivit, nec committet, ut ullo, quod ad uſum vitæ hujus neceſſarium, deſtituar. Sit nomen ejus benedictum ! Pientiſſimi veſtri D. Sulzeri obitum præmaturum doleo : verum de πληροφορίᾳ ejus incredibli lætor maxime. Optarim, ut loca, quæ ex Theſauro excerpſit ille, ſibique ex vita migraturo aliquoties prælegi mandavit, mihi mitterentur. Quod ſi forte Tibi, Amicorum Optime, illorum facta eſt copia, ſingulares ac certas ob cauſas mittas velim. Cæterum juſto longiores, Tuis-

que laboribus moram quandam daturas litteras Tibi exhiberi nolo: Quare vale in JESU meo, & Tuo: cujus gratioſæ tutelæ Te, Tuosque omnes, me vero precibus, ac ſuſpiriis Tuis, cæterorumque piorum pectorum Auguſtanorum flagrantiſſimis, atque ardentiſſimis commendo. Magdeburg. d. 26. Julii 1680.

Hæc ſtylo, & manu filii natu majoris Philoſophiæ & Theologiæ Studioſi, qui accepto nuncio de graviſſimo morbo meo ex Academia Chilonienſi ſubito advolavit, perſcripta boni conſulas quæſo, Amicorum Optime: Et ſi forte hæ lineæ ultimæ fuerint, à tremula manu Scriverii tui ad Te miſſæ, maneat ejus memoria apud Te, aliasque pias mentes in benedictione. Deus Te diu ſuperſtitem eſſe velit!

Tuus

dum ſpiro in Chriſto JEſu

addictiſſimus

Chriſtianus Scriverius.

II. Admo-

II.

Admodum Reverende, Amplissime, atque Excellentissime Vir, Fautor, Amice, ac Frater in Christo honoratissime & dilectissime.

Elapsa æstate, postquam ex gravissimo morbo, Dei O. M. ope, eluctatus eram, literas prolixiores ad Tuam Reverendam Dignitatem Francofurtum misi, ut illæ accurante Domino Wustio ad manus tuas pervenirent: Cum autem hactenus à Rev. Tua Dignitate nihil responsum sit, dubito an eas recte acceperit. Earum argumentum erat tum relatio copiosior de morbo, & restitutione mea, & admirandis, atque variis divinæ providentiæ documentis, quæ servo suo afflictissimo tam abundè prospexit, tum gratiarum actio, pro insigni munificentia Tua, & aliorum Optimorum Virorum erga me immerentem, quam nunc quoque repeto, Deumque humiliter oro, ut omni spirituali, ac corporali benedictione vos omnes, & singulos beare, & quæ tam amorose & largiter in me contuliftis, abundantissima retributione rependere velit. Cæterum quod res meas, & statum, in quo

nunc verſor, attinet, valeo equidem, per Dei gratiam, & vivo, & Deo, ſoſpitatori meo, atque Eccleſiæ, inſervire, ac prodeſſe, ipſo juvante, quotidie ſtudeo. Quod, poſt reſtitutionem meam laboribus ordinariis, ſurripere potui temporis, id totum ſupplendæ Parti quartæ operis pſychagogici impenſum eſt, quam una cum tribus prioribus iterum editis, hiſce nundinis Francofurtenſibus lucem viſuram ſpero, & Luderwaldio noſtro in mandatis dedi, ut eam bibliopolæ alicui veſtrati, ad Tuam Rever. Dignit. perferendam tradat, quod affectûs mei prolixi exiguum teſtimonium, & amoris mei monumentum ut læta fronte accipere, & boni conſulere velit, maximopere rogo: Jam in eo ſum, ut votum, in graviſſimo morbo Deo meo factum exſolvam: Promiſi autem me conſcripturum Tractatum ſub Titulo: Gottholds Siech- und Sieg-Bette, inque eo de ipſo morbo, ejusque variis accidentibus &c. theologice, & practice ad formam Meditationum mearum occaſionalium, ſeu ſubitanearum, ad laudem glorioſiſſimi nominis divini, atque proximi ædificationem, aliorumque afflictorum conſolationem acturum. Qui labor, ut bene vertat, & ſcopum meum attingat, faxit JEſus meus,

meus, cui meipsum, & omnia, quæ habeo, debeo. Non ægre ferent, ut spero, piæ animæ, tam diu, donec hoc opusculum absolutum sit, Partem quintam Thesauri nostri seponi, quia etiam in isto, Deo dante, reperient, quod ex usu sit. Persoluto autem Voto, si JEsus nos superstites, etiam voluerit & vires suffecerit, ad cœptos labores promti, ac læti redibimus. Evergetis meis munificentissimis Domino Consuli a Stetten, Domino Senatori Langemantelio, cæterisque omnibus notis, & ignotis, ut multam salutem, meo nomine, apprecari, iisque preces meas, & promtissima officia polliceri, atque offerre Reverenda Tua Dignitas velit, amice rogo, eamque cum familia, & Ecclesia pientissima protectioni divinæ gratiosissimæ cordicitus commendo. Vale in JEsu nostro, Optime, ac Amantissime Spizeli! Deus Te mihi servet! Amen.

Admodum Reverendæ Tuæ
Amplit. & Excell.

Magdeburg. d. 8. *Mart.* 1681.

ad preces, & omnia officia paratissimus

Christianus Scriverius.

XX.

Von dem Schicksale zweyer Weislingerischen Schriften.

Haben die Römischen Bücher-Richter jemals ein gutes Werk gethan, so ist es damals geschehen, als sie in einer Versammlung Anno 1732. den 18. Nov. beschlossen, des ehrvergessenen Lästerers Johann Nicolaus **Weislingers**, den man billig einen Schandfleck unserer Zeit nennen möchte, Huttenum delarvatum in das Register der verdammten Bücher zu setzen. Diesem weisen Schlusse gemäß findet man gedachte Lästerschrift zuerst in einem Anhange des Indicis librorum prohibitorum, der zu Rom Anno 1734. herausgekommen, folgender Gestalt angezeigt: Huttenus delarvatus: Id est, verida notitia de Auctore diffamatarum Epistolarum obscurorum virorum Udalrico de Huten, ubi exacte & funditus tractatur de litigio inter famosum Joannem Reuchlin, Joannem Pfefferkorn, uti etiam de vita noti Francisci de Sickingen, & aliis ad Historiam Ecclesiasticam Seculi XVI. spectantibus raris, & notatu dignis rebus. Ex authenticis scriptis in necessarium subsidium

læsæ veritatis contra Jacobum Burckard, Professorem Lutheranum in Hildburghausen, Principatus Coburgensis, cum imaginibus Typis datum a Joanne Nicolao Weislinger definitore Venerabilis Ruralis Capituli Ortersuveyerensis, ac pro tempore Parocho in Capell subtus Rodeck in Brisgovia, Diœcesis Argentinen. Constantiæ & Augustæ 1730. Decr. Sacr. Cong. Ind. 18. Novembris 1732.

Diese Anzeige wird auch in den nachmaligen Ausgaben des Indicis vom Jahr 1744. 1752. und 1758. wiederholt, nur mit dem Unterschied, daß man in der letztern das verdammte Buch nicht mehr in dem H. unter dem Titel: Huttenus delarvatus &c. sondern in dem W. p. 295. unter dem Nahmen Weislinger antrift, wo es eigentlich hingehört, und folgendermassen angezeigt ist, so, daß man daraus sehen kan, daß es teutsch geschrieben worden: *Weisslinger Johan Nicolaus, Huttenus delarvatus*, das ist, wahrhafte Nachricht von dem *authore* oder Urheber der verschreyten *Epistolarum obscurorum Virorum* Ulrich von Hutten. *Id est, Huttenus delarvatus, seu veridica notitia de auctore diffamatarum Epistolarum obscurorum*

rum Virorum Ulrico de Hutten. Dec. 18. Nov. 1732. (†)

Hätte der sogenannte Catholische Lay das geringste von diesem Verbote gewußt, so ist kein Zweifel, er würde in seinem Glückwunsch und Trostschreiben an Seine Hochwürden den Herrn P. **Weislinger** (††) nicht unterlassen haben, ihn wegen dieses betrübten Zufalls nach seiner Art kräftig aufzurichten. **Weislinger** selbst scheint keine Nachricht davon erhalten zu haben. Denn in was für eine ausschweifende Raserey würde der Mann, der sich so vieles auf seine Verdienste vor die Römische Kirche einbildete, hierüber ausgebrochen seyn, wenn er sich anderst hätte gelüsten lassen dörfen, wider ein so heiliges Gerichte den Mund aufzuthun?

Man weiß, was er ehemals vor einen Lermen angefangen, als durch die Veranstaltung der Capuciner seine elende und schmutzige

---

(†) Dem seel. Bibliothecario in Wolfenbüttel Jacob **Burkhard**, dem diese Lästerschrift entgegen gesetzt war, muß dieses Verbot gar nicht bekannt worden seyn. Denn sonst würde er desselben in seiner eigenen Lebens-Beschreibung p. 127. gewiß gedacht haben.

(††) Dieses ist der eigentliche Titel einer Stachelschrift, deren dritte Auflage zu Freyburg, wie vorgegeben wird, A. 1752. in 8. herausgekommen.

ge Streitschrift wider die Revocations-Predigt eines ausgesprungenenen Capuciners, P. Prosper genannt, von welcher bereits acht in meinen Händen sich befindende Bogen abgedruckt waren, Anno 1729. durch den damaligen Herrn Bischof und Fürsten zu Costanz verboten und unterdruckt wurde. Er schonete in seiner herausgegebenen Vertheidigung dieses so hoch angesehenen Bischofs und Reichs-Fürsten nicht, noch weniger aber der fünf Capuciner, der vornehmsten Männer dieses Ordens in der Vorder-Oesterreichischen Provinz (†††), welche die Unterdrückung dieser Schrift befördert hatten. Er nennt sie Buben, muthwillige Ketzer-Advocaten, wo nicht gar heimliche Ketzer, unerfahrne Esel, und Haupt-Calumnianten, erzmuthwillige Maulesel, ketzerische Taschenspieler, Momus- und Judas-Brüder, und dergleichen.

Er bediente sich unter andern folgender Drohung wider sie: Gedult! das Lied ist noch nicht aus. Ich will ihnen zeigen, wo der Barthel den Most geholt. Sie habens mit allem Gewalt und recht teufli-

(†††) Des Provincials, Exprovincials, Socii des P. Provincialis und 2. Guardianen, welche alle mit Nahmen von ihm genennt worden.

teuflischer Bosheit an mich gebracht, ich will sie auch dafür zahlen, daß alle Bauren-Hunde sie möchten anspritzen. Ich habe nichts wider das Pabstum gesündiget, derowegen förchte ich auch die 5. zusammen geschworne Ketzer-Advocaten nicht, und wenn die Bärt noch so lang wären. Diesen Gesellen bin ich noch gewachsen, ob schon sie sichs nicht einbilden. Er warf auch die Frage auf: ob nicht alle Mammelucken hiedurch in ihrem Irrthum gestärckt werden, ihm aber selbst *Nota bene* und ander nothdringende Ursachen gegeben würden, wenn der Capuciner *Extract* (den sie aus seiner Schrift gemacht) approbirt, und nicht durch den Scharfrichter verdienter massen verbrannt wird, zu apostasiren, und **das sich selbst durch den Capuciner-Extract verdamende Pabstthum anzugreifen.**

Es ist aber das, was er durch diese Drohung zu erzwingen gesucht, nicht erfolget. Der Capuciner Extract ist unversehrt geblieben, und dem Scharfrichter nicht unter die Hände gefallen. **Weislinger** hat auch seine Drohung nicht in das Werk gesetzt, und das sich selbst durch gedachten Extract ver-

dammende

dammende Pabstum ist in der Feder geblieben. Denn er fuhr in seinem wütenden Eifer wider die Evangelische Kirche bis an sein Ende fort, wovon sein garstiges Schwanen-Gesang, ich will sagen, sein mit den abscheulichsten Schmähungen angefülltes Armamentarium Catholicum sattsam zeuget.

Es fande sich zu derselben Zeit auch ein Vorfechter vor ihn, der sich einen um die gedrückte Catholische Wahrheit herzlich bekümmerten Convertiten nannte, **welcher nebst GOtt dem Herrn Weislinger das Licht des allein seeligmachenden Römisch-Catholischen Glaubens zu danken habe.** Dieser gab eine Nachricht von der von etlichen Capucinern neulich gedrückten, jedoch nicht unterdrückten Catholischen Wahrheit des Wohl-Ehrwürdigen Herrn Joh. Nicolai **Weislingers** ꝛc. heraus IM ȝVVeyten Iahr Der ApostasIe patrIs prosperI eInes VngerathenenIrrIgen CapuCIners.

Die Schreibart **Weislingers** und dieses sogenannten Convertiten sehen sich so ähnlich, als ein Ey dem andern, so, daß es nicht unwahrscheinlich ist, er seye selbst der Verfasser dieser Schrift, und habe solche Larve nur deswegen angezogen, damit er noch ärger schänden und schmähen könne. Sie beträ-

get

get nur vier Bogen, ist aber mit den greulichsten Lästerungen angefüllt, und eben deswegen ohne Zweifel wie die andere unterdrucket, und fast unsichtbar worden (*).

Der Herr Bischof von Costanz wird hierinn noch gröber angetastet, die Capuciner aber so entsetzlich mißhandelt, als er sonsten gegen die Protestanten zu thun gewohnt ware. Sie heissen Stirnlose Erz-Canaillen mit ihrer spitzbübischen Verfälschung, Schelmen mit ihrem ehrendiebischen Cujonen-Extract, gleißnerische Extract-Apostel, ungelehrte Brüder, boshafte Ketzer-Advocaten, elende Longobardische Bardi, müssiggängerische Idioten, kahle Pharisäer, Spitzbuben, Verräther

---

(*) Der sogenannte Catholische Lay muß von diesem ganzen Handel gar nichts gewußt haben, weil in seinem Glückwunsch- und Trost-Schreiben nicht die geringste Spur davon anzutreffen: wie denn auch p. 15. wo er **Weislingers** Schriften erzählt, von diesen nichts gemeldet wird. Und da **Weislinger** selbst in seinen nachhero herausgegebenen Büchern nichts hievon erwehnet, der sonst seine Sachen zum Eckel immer zu wiederholen gewohnt war, so kan man zuverlässig schliessen, daß ihm von seinen Obern ein beständiges Stillschweigen davon müsse auferlegt, und die Schriften selbst unterdrückt worden seyn, welches auch die Beschaffenheit der Sache und der Personen, wider die sie gerichtet sind, höchst wahrscheinlich machet.

räther der Catholischen Wahrheit, Seelworger an statt Seelsorger, gewissenlose Extractmacher, die ein rechtes Bubenstück begangen, Kerl, die da scheinen alle Scham unter ihren Caputzen verlohren zu haben, Stockfisch-mässige Extractmacher-Esel, boshafte Ketzer-Patronen, verfluchte friedstöhrerische Extract-Schmid, ein Extractmacherisches Geschmeiß, Capucinerische Windmacher, ehrendiebische Canaillen: salvo eorum charactere, quo sunt indignissimi, Ehr-Gewissen-Heyl- und gottlose Teufels-Kinder, bis und so lang sie diesem ehrlichen, für seine Religion eifrig und unüberwindlich streitenden Priester (dem Weislinger) öffentlich abbitten, seinen ehrlichen Nahmen offentlich wieder geben, welchen sie ihm offentlich mit ihrem gedruckten Extract bey Catholisch- und Uncatholischen, wie ehrlose Schelmen, abgestohlen, und nach diesem die Aergerniß ersetzen, welche sie mit ihrem schelmischen Extract denen Catholischen und Uncatholischen, sonderlich aber dem Prosper gegeben.

Ja sein Grimm gieng so weit, daß er, um den Capucinern recht wehe zu thun, gleichsam wider seine Natur, einen Zeugen der Wahrheit vor den unsterblichen **Lutherum** abgegeben. Denn so schreibt er p. 43. sqq.

„Ihr P. Rapperswilanus (ein Capuciner)
„hat in seinem An. 1726. herausgegebenen
„Controvers-Tractat solche Ding von Luthe-
„ro geschrieben, welche im Grund falsch, er-
„stunken und erlogen, mithin hat er und sei-
„ne Censores durch ihre Lugen gehandelt wi-
„der die Reichs-Constitutiones, und nicht der
„Herr Weislinger, welcher die Wahrheit
„geschrieben und probirt.

„Ich will nur ein einziges Exempel an-
„hero setzen, bis ein anderer kommt, der meh-
„rere bringt. Von Luthero schreibt P. Rap-
„perswilanus (†) ohne alle Prob und Wahr-
„heit also: Commessationibus & potationi-
„bus Assiduo deditus sicut vixit, sic mori-
„xit*: In ebrietate vixit, in ebrietate periit,
„a malo Dæmone, ut creditur, & ipsemet
„futurum prædixit, enectus & suffocatus.
„Das ist: Luther ware dem Fressen und Sauf-
„fen stäts ergeben, wie er gelebt hat, also ist
„er

(†) In Reformatione Difformi Part. III. Cap. VIII. pag. 77.

* Morixit kommt von dem Grammaticalischen Capuciner Morio (secundum Moriones) her, hat in præterito Morixi, & in supino Morictum juxta illud: E ante ram, rim, ro, corripitur. Sind Worte des Convertiten, oder vielmehr des Weislingers, von welchem ausdrücklich bezeuget wird, daß er diese Schmähschrift völlig gutgeheissen.

„er gestorben: In der Völlerey hat er ge-
„lebt, in der Völlerey ist er zu Grund gegan-
„gen, von dem bösen Teufel, wie man glaubt,
„und er selbst vorgesagt hat, daß es geschehen
„werde, ist er erwürgt und erstickt worden.

„Das heißt praff von der Leber geraumbt,
„meisterlich und General-mäßig gelogen, in-
„zwischen wirds doch sc. denen Reichs-Con-
„stitutionen nicht zuwider seyn, weils ein Ca-
„puciner geredet, und von mehr als einem
„halb Duzend Lectoren approbirt worden.
„Der Herr Weislinger probirt, was er ge-
„schrieben; was aber ihr Rapperswilanus
„frech, ohne allen Beweiß in den Tag hinein
„gelogen; O das muß gelten!

„Erlogen ist es, daß Luther immerdar
„voll gewesen, und in der Trunkenheit gelebt.
„Wann hat er denn seine viele Bücher ge-
„schrieben, wann er immer voll gewesen? a-
„ber was wissen die Maulesel von Lutheri
„Schriften, so der 100. unter ihnen nie gese-
„hen, geschweige erst gelesen. Erlogen ist es,
„daß Lutherus vorgesagt, daß der Teufel ihm
„werde den Rest geben. Ich bin Lutheri
„Freund nicht, das weiß mein GOtt; aber
„Lugner sind diejenige, welche von ihm obiges
„schreiben und approbiren, bis und so lang
„sie dasselbe authentisch aus Lutheri Worten

„und Schriften erweisen. Aber hievon ge=
„nug, bis einer kommt, der es besser macht.

Was saget aber anders, so viel das erste anbelangt, der von dem Weislinger so hochgerühmte D. Georg Joseph von Eggs, wenn er von dem Tode unsers theuren **Lutheri** in seinem Pontificio docto p. 745. also lästert: Nigra morte sublatus obiit die 18. Febr. Bacho tum sacra, cui viperat: neque enim alium Deum nisi ventrem habuisse est visus, qui diu noctuque epulabatur splendide. Man sehe, was hierauf der seel. D. Ernst Salomon **Cyprian** in seiner überzeugenden Belehrung von dem Ursprung und Wachsthum des Pabstthums, welche niemals gründlich wird widerlegt werden können, p. 887. sqq. bescheiden, aber sehr bündig geantwortet.

Da nun der tobende **Weislinger** sich nicht entblödet, mit angesehenen Männern seiner Kirche so schmählich umzugehen, so ist sich wohl nicht zu verwundern, daß er die Protestantischen Lehrer mit den pöbelhaftesten Schimpfworten und solchen Ausdrücken, denen man vielfältig ein salva venia voran zu setzen nöthig hätte, angetastet. Ueber dieses aber hat man weit mehrere Ursache, sich zu verwundern, daß seine elende und nichtswürdige

dige Schriften doch in Teutschland unter der Römisch-Catholischen Geistlichkeit so vielen Beyfall gefunden, und einer recht ausnehmenden Hochachtung gewürdiget worden.

Ich vor meine Person habe auch das Glück oder Unglück gehabt, daß er über mich bey aller Gelegenheit seinen Geifer ausgegossen: kan aber wohl mit Wahrheit versichern, daß ich deswegen keine Stunde weniger geschlafen: und glaube ich noch, was ich schon ehemals geäussert in dem Beweise wider denselben, daß der seelige **Lutherus** das Apostolische und Nicänische Glaubens-Bekänntnis nicht verfälscht habe, der ohne Meldung meines Namens der achten Sammlung der fortgesetzten Weimarischen nützlichen Anmerkungen über allerhand Materien einverleibet ist, p. 790. nemlich, daß alle diejenige, welche er mit den greulichsten, und kaum unter dem geringsten Pöbel in der größten Wuth üblichen Schandnahmen beleget, Ursache haben, den Lästerer zu verlachen, und sich den Ausspruch des weisen Senecæ (in fragmentis de remediis fortuitorum) zuzueignen:

Male de te loquuntur homines: sed mali. Moveret, si de me M. Cato, si Lælius sapiens, si alter Cato, si duo Scipiones ista loquerentur. Nunc malis displicere, laudari est.

ri est. Non potest ullam authoritatem habere sententia, ubi, qui damnandus est, damnat. Male de te loquuntur, moveret, si judicio hoc facerent. Nunc morbo faciunt. Non de me loquuntur, sed de se. Male de te loquuntur, bene nesciunt loqui, faciunt, non quod mereor, sed quod solent. Quibusdam enim canibus sic innatum est, ut non pro feritate, sed pro consuetudine latrent.

Dieser Sebastian **Roth**, oder, wie er sich hier nennet, **Roeth**, wurde nach der Hand ein berühmter Medicus, Professor in Leipzig, und des Herzogs **Georg** in Sachsen Leib-Arzt, welchen er bey seinem heran nahenden Ende, da ihn ein Catholischer Geistlicher, Peter **Eisenberg**, auf die Anrufung seines Schutz-Patrons, des Apostels Jacobi, verwies, diese Christliche Erinnerung gab: **Gnädiger Herr, ihr habt ein Sprüchwort: Gerade zu, macht gute Renner; darum achtet nicht, was andere von verstorbenen Heiligen und andern Fürbitten sagen, sondern richtet euer Herz gerade zu auf den gekreuzigten JEsum, welcher für unsere Sünden gestorben, und unser einiger Fürbitter und Seeligmacher ist, so seyd ihr eurer Seeligkeit desto gewisser:** wie **Vogel** in seinem Leipziger-Jahrbuch berichtet, woraus es der berühmte Theologus, Herr D. Carl Gottlob **Hofmann**, in der Leipzigischen Reformations-Historie p. 322. wiederholet. In dem Jöcherischen Gelehrten-Lexico stehet ein Artikel von ihm. Ein Schreiben **Melanchthons** an denselben findet sich in der Brief-Sammlung, die bey den Elzeviren zu Leyden A. 1647. in 8. herausgekommen, p. 288.

Eben

Eben dieser, welcher sein Zuhörer scheint gewesen zu seyn, rühmt seine schöne und ansehnliche Leibes-Gestalt, edle Gemüths-Gaben, und andere gute Eigenschaften gar sehr an.

Durch seinen unermüdeten Fleiß erlangte er eine grosse Wissenschaft in der Mathesi, der Weltweisheit, und der Theologie, welche er auch öffentlich lehrte, und A. 1519. durch einmüthigen Schluß gar zum Rector dasiger hohen Schule erwählet worden. In eben diesem Jahre gab er ein Werk in Folio heraus, welches 2. Alphabet und 10. Bogen stark ist, und folgenden Titul hat: Tractatus Noticiarum Gervasii Waim Suevi.

Ejusdem Questiones in libros posteriorum Resolutionum philosophi.

Venundatur a Conrado Resch in vico Jacobæo sub signo Basileæ cum gratia & privilegio Regio &c. ne quis triennio proximo alibi imprimat aut impressum in regnum Francorum inferat: sub pœna in instrumento e facie libri impræsso Declarata.

An dem Ende stehen die Worte: Finis hujus libri qui continet tractatum noticiarum vna cum questionibus super libros Posteriorum resolutionum philosophi Noviter impressus per Nicolaum de pratis Expensis

Conradi Reſch alemani Commorantis in vico divi Jacobi ad ſignum ſcuti Baſilienſis Anno Domini Milleſimo quingenteſimo decimo nono. Die vero XXVIII. menſis Martii LAUS DEO.

Dieſes ungemein ſeltene Buch habe ich nirgends, auch nicht in Geſneri Bibliotheca und Maittaire Annalibus typographicis, angetroffen, nur in Johann Chriſtoph Mylii Memorabilibus Bibliothecæ Academicæ Jenenſis p. 500. iſt es angezeigt. Ich hoffe alſo, es werde meinen Leſern nicht unangenehm ſeyn, wenn ich, um ihn und ſeine feine Schreibart beſſer kennen zu lernen, hier ſo wohl ſeine eigene Dedication dieſes Werks, als auch den beygefügten Brief Sebaſtiani Roeth Aurbachii abdrucken laſſe.

A.

GERVASIUS Waim Ludovico Ber Baſileienſi Sacrarum Litterarum Profeſſori Salutem.

Cum in te vno ſpes omnis noſtra olim repoſita fuerit (Theologorum Clariſſime) & tu me clientem & alumnum, ego te patronum & doctorem ſemper agnoverim, Cogitavi

Cogitavi apud me ſepius quonam genere officii tuis in me tantis meritis reſpondere poſſem, videbar autem mihi id aſſequi nullo modo poſſe, vt humanitati erga me tuæ parem gratiam referrem, & ingratum me fore exiſtimabam, ſi tantam benignitatem ſine munere aliquo preterirem. Itaque munus aliquod tantæ rei accommodatum excogitantem, deterrebat me tuorum beneficiorum magnitudo, & rurſus ingratitudinis ſubeundæ periculum præſtabat audaciam. Victus eſt tandem ab audacia timor, & quod timor diſſuadebat, perſuadebat audacia, & tum demum illud Virgilianum in me verum expertus ſum, audaces fortuna juvat, timidosque repellit. Igitur noticiarum opus ſuperioribus diebus mea cura compoſitum, cum relegiſſem, placuit, in ordinem redactum publica luce donare, idque ſub tuo nomine eo magis quo neque præſtantius quippiam a me offerri, neque dignius quicquam abs te accipi poſſe hoc tempore videbatur, & me non inepte, neque importune facturum putabam, ſi ad te hominem divinum, de re divina nonnihil ſcriberem, quid enim aliud appellem notias, quam rem quandam divinam? Cum in animo, qui divinus eſt, ſedem habeant,

& ab animo oriantur, & animum omnibus numeris perficiant? & ſine quibus nulla omnino aut divinarum aut humanarum rerum cognitio haberi queat? has mihi ſignificaſſe videtur Saluſtius: ita ſcribens in bello Jugurtino, egregia ingenii facinora, ſicuti anima, immortalia ſunt. Accedit iis quoque quod te præceptore olim vſus ſum, quod mihi contigiſſe deo optimo Maximo gratias ago: quare æquum erat, vt ad te præcipue hæc mitterentur, vnde olim profecta ſunt. qua in re Plynianum illud valde placebat, ingenui hominis eſt fateri, per quos profeceris? præterea te vnum huic nuncupationi delegimus, quod non ignorabamus, te eſſe Theologum noſtri ſæculi ſingulare ornamentum, & noſtræ Germaniæ præcipuum decus, tu hæc quantulacunque ſunt æqui bonique conſules, ac perinde accipies, vt a diſcipulo edita & præceptori data. Vale Theologorum ſplendor. Parrhiſiis quinto Calendas Aprilis Anno domini Milleſimo quingenteſimo decimo nono.

Vale.

B.

SEBASTIANUS ROETH

Aurbachius, Alemanus domino Henrico Stromerio (c) Aurbachio, Reverendiſſimi in chriſto patris & domini domini Alberti, Maguntinenſis Magdeburgenſis Archipræſulis, Cardinalis, Medico peritiſſimo, cognato ſuo dilectiſſimo S. P. D.

Cum natura hominem haud ita rudem pariat, quin & ingentem ſciendi cupiditatem ſibi indat, quia (vnica dote) ſuam perfectionem adſequatur. Suaviſſime cognate.

(c) Dieſer Heinrich **Stromer**, von Aurbach gebürtig, war nicht nur ein gelehrter, und in den ſchönen Wiſſenſchaften ſehr erfahrner Mann, ſondern auch ein groſſer Gönner und Beförderer rechtſchaffener Gelehrten, welchen inſonderheit **Reuchlin** und **Ulrich von Hutten** hochgehalten. S. Jacob **Burkhards** ſchöne Commentarios de Latinæ linguæ in Germania fatis, Part. I. p. 225. 401 Part. II. p. 538. und deſſen Medicum graviſſimum humanitatis ſtudiorum vindicem, wie auch Commentar. de Ulrici Hutteni vita Part. I. p. 131. ſqq. 196. Er war auch ein rechtſchaffener Freund **Lutheri.** S. des Hochverdienten Wittenbergiſchen Theologi, Herrn D. Carl Gottlob **Hofmanns** Reformations-Hiſtorie der Stadt Leipzig, p. 440. ſqq.

gnate. Neſcio vnde tam dira peſtis ſe ſimul inferat, quæ humanum genus, ad præclaras diſciplinas indagandas, ad nobiles omnes virtutes amplexandas natum, magna ex parte, ratione exuat, belvis vilius reddat atque adeo transmutet, vt homo potius immane horrendumque aliquod portentum quam naturæ proles habeatur. Namque ſi ad hominum ingenia reſpicias, inter tot millia mortalium, vix vnum aut alterum comperies, qui originem ſuam honeſta actione referat, & a bonis honeſtisque ſtudiis ad peſtifera vitia, crudeliſſima facinora non degeneret. Alii enim tametſi otium refugiant, labores ſuſcipere, ſtudere, inquirere conſpiciantur, non tamen pro nature ſuffragiis ſtudium inſtituunt, ſed ſemper genuino illi noſcendi deſiderio refragantur. Video enim non mediocrem mortalium partem tanta auri fame correptam, vt nec diu, nec noctu duriſſimo cuivis labori medullitus exhaurienti cedat, quo auri vim paret, non in eum, quem natura ſua det vſum, quod pecuniæ beneficio nervum illum perveſtigandi naturæ abdita adipiſcatur, ſed quod ad vnicum fulvæ terræ cumulum exaggerandum ſe creatam a natura autumet, quem cum vite dispendio conquirere

quirere ob ſalutem vero aut nobilem aliquam artem comparandam, haudquaquam imminere oporteat, tanquam ſatius ſit ſtolidam & fatuam vitam exigere quodvis execrandum nephas committere, mortem obire, quam vel ſemel tenuiſſimam laminam pecuniario accervo detrahere. Hanc itaque avaram ſectam invidam, turpem, lividam, ſquallidam, mœrore fameque tabeſcentem, morbis obſitam, omni honeſtate, omni bona arte vacantem, quotidie in gloriam evaneſcere cernis, eouſque habendi retinendi cupiditate excæcatam & ſui negligentem. vt ſemper occumbere malit, quam nunquam pecunia redimere vitam. Nonne ergo a natura quammaxime abhorret perditi monſtri in ſemetipſum ſævientis quam ſimillima, omnique ſtolidiſſima belua & ſtolidior & abjectior. Quæ labores obit, vt acquirat, quod in vite ſubſidium abſumat, non quod partarum rerum amore intereat. Alii vero (quibus fortuna arridet) ocio torpeſcentes ad delitias & corporis voluptates animum convertunt. Quæ corpus enervant, ingenium hebetant extinguunt & in præmaturum interitum præcipitant. Ventri enim dediti, qui felicitatem in eſculentis poculentisque querunt, quid

quæſo

quæſo aliud moliuntur quam decretam a natura vitæ periodum præoccupare, & ſemetipſos jugulare. Quos etſi graviſſima mala comitentur, quæ delicta preter naturæ leges acerbiſſime puniant, atque vitæ rationem, ad quam naturæ modus ducit, obſervandam hortentur. Gravedines, Deſtilationes, Senſuum omnium obtuſio, Oculorum caligines, Lippitudines, Surditates, Tremor, Cynicus ſpaſmus, Comitiales, Aqua inter cutem, Nervorum reſolutio, ſtupor attonitus, membrorum ſyderatio, atque alii innumeri morbi citi interitus precones. Tanta tamen apud eos gula poteſt, imperat, dominatur, ut quoslibet aſperrimos cruciatus ferre libentius velint, & mortem appetere quam natura ductu ventris fœdiſſimæ exitioſiſſimæque ingluviei temperare. Alii ſtupenda Venere, nonnulli tyrannico imperio, Patrocinio, Furto, Homicidio delectantur, quos nec crudeliſſima tormenta, nec diriſſima ſuppliicia, a malis deterrent. Hos omnes tantum a natura abhorrentes, non homines, ſed peſtilentiſſima mala, humana effigie efficta puto. Quæ nunquam ſatis admiror, admirabundusque obſtupeſco, quonam culpa referenda ſit, quod abſolutiſſimi opificis perfectiſſimus

simus partus, & conscius & prudens tot in miserias, erumnas execranda vitia sese deturbet. Quo fit vt arbitrer eos, qui ita oriuntur, vt nobilitati sui ortus munere officioque agendi respondeant, divini aliquid sortiri, quod tetram illam pestem (que hominum animos corrumpit) ejiciat. Talesque in eorum numerum, quos veteres indigetes deos volebant referendos esse. Quorum sorti Gervasius Waim, præclarus ille meus Alemanus e Suevia (patria gente-que & re militari, & civili prudentia, denique omnibus bonis artibus nobilissima) prognatus annumerandus venit. Corpore cum animo tam lepide a natura conditus, vt, quicquid pulchri, quicquid perfecti in homine desiderandum sit, in hunc effuderit, ea industria, quod etiam in certamine quodam hujus corporis venusta structura gloriam quesivisse videatur. Singulæ enim corporis partes, singulis tam concinno & ornato contextu consertæ visuntur (ex quibus totius corporis pulchra moles in justam illam & modicam staturam proceritatemque exurgit) vt primo intuitu tibi oculos in se rapiat, nobilesque vires & inesse credas & tribuas. Nec falso, quippe præclara indies opera vbertim a viro prodeunt, ob

qua:

quæ cuncti hæſitare poſſint, num ex corporis animique conſenſu, an potius mutua eorum lucta, qua animus claris facultatibus corporis formam vel æquare, vel etiam ſuperare contendat, proficiſcantur. Ego quam jamdiu ignoravi cauſam, vnde divina illa mentis vis cunctis mortalibus æquo pondere & menſura inſita, in aliis tamen vegetior, in aliis hebetior perciperetur. Tum quo parente, fæviſſima hæc peſtis ortum duceret, quæ homines a divino ſuo fine in portentoſa facinora propenſos efficeret. Eam vnica illius corporis contemplatione me perſpexiſſe mihi videor. Putarimque injuſtam elementorum demiſtionem diſſonam & colluctantem partium commiſſuram hoc malum progignere. Namque Gervaſium concinno aptoque corpore conſtantem, optimis omnibus virtutibus illuſtratum conſpicio, Humanitate, Benevolentia, Sapientia, Nihil quod non proxime ad divina immortaliaque opera accedat agit. Fortunis non ad luxum, cupidines, variamque corporis molliciem abutitur, ſed artibus bonis diu noctuque inſudans ſe exornat. Sive enim Mathematicas diſciplinas, quæ ſanum certumque judicium præſtant, ſive Dialecticen, ſive de rebus naturalibus

ſcien-

ſcientiam, ſive divinam illam rerum humanarum divinarumque ſapientiam Metaphyſicen, Theologiam in eo exigas, tanta omnium fœcunditate eum pollere invenies, vt non longo labore partas ſed congenitas ſibi diſciplinas exiſtimes. Planeque judices cum priſca illa ætate omni doctrinarum genere virum concertare. Ex quibus id laudis perfectionis Parrhiſiis duodecim annorum curriculo (quos illic in litteris probatiſſima vita transegit) aſſecutus eſt, quod omnium diſciplinarum corolla emerita donatus ſit, & ejus, quæ ſibi ex ſacris litteris emerenda ſupereſt, nunc quoque omnium hortatu compulſu congratulatione eſt candidatus. Præterea & hoc haud mediocrem homini ipſi & patrie affert ſplendorem, quod verno hoc tempore in celebratiſſimo litterarum Gymnaſio apud Parrhiſios cunctorum concordi aſſenſu & applauſu in ſummum rei litterarie moderatorem ſublatus ſit. Quare de eo vna mecum tibi perſuadeas, ſummum univerſæ Alemaniæ decus ex homine acceſſurum. Cujus ſtrenuam in litteris operam comprobat Commentarium hoc ſuum, quo poſterioris Analytices libros, obſcuriſſima orationis brevitate ab Ariſtotele perſtrictos, luce meridiana

clariores reddidit. Quando inde fructum ſtudioſa juventus depromtura ſit, ignorare non potes, qui ſcis omnem demonſtrandi vim & energiam hos vnicos libros ſuppeditare, in omni arte vſque adeo neceſſariam, vt ſi eam tollas omnes ſimul diſciplinas deleas. Reliquum eſt. quod me hortaris, ad puriores candidioresque litteras amplectendas (etſi meapte natura in eas ferat) tuo tamen hortatu, quod cupis diligentius efficiam. Vtinam ea in re tam ingenium quam voluntas laborisque tolerantia mihi ſuccurreret. tum quam facillime (quem ſperas fructum) acquirerem. verum cum craſſiori ſim editus Minerva, & copioſior ſudor & longius tempus mihi eſt exhauriendum. Cæterum hoc noſtrum commentum, omnem epiſtolæ modum exuperans, & eo libentius longiore contexui oratione, & typis impreſſoriis excudendum dedi, quod aſſidue (neſcio quo ſpiritu ductus) prolixiores a me litteras expoſcas, & ex infinitis meis epiſtolis, quas ad te dedi, pauciſſimas tibi redditas conqueraris, qua de te re fidem tabellionum graviter accuſas. Spero igitur longiuſculo commento in millia aliquot exemplariorum formis impreſſoriis redacto, me tuum deſyderium exaciaturum, & ſimul te

a que-

a querelis de fraude latorum liberatum iri. His dilectissime cognate (vnicum meum desyderium) recte vale, & si me amas Gervasium meum omnium amore dignissimum simul ama, cole, venerare. Iterum vale atque domino doctori Alexandro Zwemen jurisconsulto oculatissimo, Julio Pfluk adolescenti nobilitatem generis nobilitate animi & virtutibus æquanti, Petro Musellano, græcarum latinarumque litterarum amato professori, Magistro Schlauticio, vtrique Humelsheim rectorum studiorum cultoribus, curam bonæ valetudinis meo nomine præcipito. Parisiis quinto Calendas Aprilis anno domini Millesimo quingentesimo decimo nono.

Das in französischer Sprache ausgefertigte Privilegium Francisci, Königs in Frankreich, ist bey dem Beschluß zu lesen, und auf der allerletzten Seite die folgende Gedichte:

In laudem hujus operis: & quam vtiles sint Noticiæ: Carmen Elegiacum.

Lector ades: tua res agitur: tibi consule lector:
Ecce opus immensæ commoditatis habes.
Non hic invenies Griphos: Ænigmata nulla:
Non joca: non nugas iste libellus habet.

Deſere tot libros: tot opuſcula vana relinque,
In quibus aſſidue tempus inane teris.
Tempus abit: cito tempus abit: cito fertur Olympus,
Id quod adeſt etiam tempus abiſſe puta.
Dum breve tempus adeſt: ſtudium quid inutile verſas?
Ingenium vanis perdere rebus amas?
Ingenium omne viris deus immortalis: vt omnes
Noticias rerum poſſet habere: dedit.
Noticias animi poteris tu dicere flores:
Noticias animi dic (precor) eſſe roſas.
Quid decorat campum? florum pulcherrima turba.
Quid decorat mentis paſcua? Noticiæ.
Noticiæ: ſecreta animi: ſecretaque cœli.
Nam ſacra de cœlo mentis origo venit.
Cum faceret natura parens animalia: fertur
Cum duplici humanum parte creaſſe genus.
Nempe animum corpusque dedit: cæleſtis origo
Eſt animi: celeri tempore corpus abit.
Omnia quæ immenſus cœli complectitur orbis
Corporis aut vires: aut bona mentis habent.

Illa

Illa brevi pereunt: vt gratia: forma: venuſtas:
Nobilitas: auri copia: robur: opes.
Hæc æterna manent: probitas: præſtantia: virtus:
Noticiæ: nequeunt hæc monumenta mori.
Has ediſce precor: quicunque faventibus Euris
Securas phyſicum per mare quæris aquas:
Quas tibi ſolerti GERVASIVS arte paravit:
Vir Memmingoniæ maximus vrbis honor.

De Suevia authoris patria hexaſtichon ex Cornelio Tacito authore.

Menaliam cœli ſub cardine ſuſpicit vrſam
Germanas inter terra Sueva plagas:
Mens animoſa viris: gens vaſto corpore: Mos eſt
Gentibus obliquas inſinuare comas,
Arte valent: & marte ſimul: mars corpora nutrit:
Ars animum: teſtem ſi petis: author erit.

Wie hoch D. Johann **Eck**, der eigentlich **Mair** geheiſſen, und aus einem bey 3. Stunden von Memmingen gelegenen Dorfe, Nah-

mens **Eck**, gebürtig war, diesen seinen Landsmann geschätzet, ist daraus abzunehmen, weil er ihm A. 1520. den 3. Dec. eine Schrift wider den **Carlstad** dedicirt, und auf dem Titel ihn eine Zierde von Teutschland (Germaniæ decus) genennet: wie der Herr von **Seckendorf** in seiner Histor. Lutheranismi Lib. I. f. 79. berichtet.

Er scheinet auch ein guter Freund des **Erasmi** gewesen zu seyn, und dieses von seinem Lehrmeister Ludwig **Beren** ererbet zu haben. Denn vermuthlich rühret folgendes Stück eines Briefes von ihm her, welches in des seel. D. **Fechten** Supplemento historiæ eccles. sæculi XVI. p. 842. zu lesen ist: Ceterumne officio meo aut loci aut temporis occasioni defuisse videar, quid Beda in caput tuum moliatur, paucis accipe. Ex paraphrasibus nescio quot Myriades hereseon, ut loquuntur, facultati exhibuit, mitto, quas facultas jam condemnavit, simul & eas, quas nunc tractat, nec est, quod speres a facultate nisi omnia siniſtra, improba & iniqua, proinde cura, ut tibi assit animus, uti non deest calamus. Est tibi negocium cum ignorantissimis & impudentissimis traductoribus. Sunt in facultate literati non pauci, sed in illos animadvertitur, ut in pe-

jores

jores Lutheranis. Lutetiæ, die Divo Dionysio sacra. Tuus Gervasius.

Bey Francisco aber, dem König in Frankreich, muß er in besonderer Gnade und Achtung gestanden seyn, weil er ihm so wichtige Geschäfte anvertraut. Denn er wurde von demselben in dem Jahr 1531. zu dem Churfürsten in Sachsen mit einem königlichen Schreiben vom 25. May gesandt, um dessen Gesinnungen, und anders zu erforschen, wie **Seckendorf** in dem dritten Buch seines vorangezogenen Werkes f. 14. meldet, wo er ihn aber durch einen Gedächtniß-Fehler **Gerard Waim** nennet. Er gibt ihm dabey das Zeugniß, daß er bescheiden und gelinde von der Religion gesprochen, und davor gehalten, man müsse von derselben nicht mit Gewalt oder den Waffen, sondern in einer Kirchen-Versammlung handeln.

Melanchthon befande sich damals zu Torgau bey dem Churfürsten. Diesem schiene er sehr feindselig gegen die Evangelische gesinnt zu seyn: denn er schriebe an seinen vertrauten Freund Joachim **Camerarium** folgendes von ihm: Fuit hic quidam Parisiensis doctor Gervasius, homo, ut videtur, inimicissimus nostræ causſæ, ἀλλὰ τοῦ βασιλέως τῷ φρονήματος ἐντολὰς ἔχει περὶ τῆς χειροτονίας

τονίας (i. e. verum Regis Gallici mandata habet de sententiæ declaratione: hæc enim fiebat apud Græcos olim porrectis manibus) Sunt quibus videantur illæ Gallicæ esse magis, quam Francicæ technæ. Sed nos, quod datur, accipiamus, & sentiamus liberalius. (d).

Er scheinet auch zu Wittenberg mit **Luthero** sich unterredet, und demselben eröfnet zu haben, was vor ärgerliche Begriffe man seinem Könige von denen Evangelischen beygebracht: wovon seine Worte aus der Vorrede über die Schmalkaldische Artickel hier anzuführen würdig sind: Ich muß eine Historia sagen. Es ist hie zu Wittemberg gewesst aus Franckreich ein Doctor gesandt (e), der für uns öffentlich sagt, daß sein König gewiß und über gewiß wäre, daß bey uns keine Kirche, keine Obrig-

(d) S. Melanchthonis Epistolas ad Joach. Camerarium scriptas, p. 169.

(e) In dem andern Theil der lateinischen Tisch-Reden **Lutheri**, welche Heinrich Peter Rebenstock zu Franksurt A. 1571. in 8. herausgegeben, p. 34. b. heißt es: Fuit hic explorator quidam Gallicus, qui ingenue dixit: Rex meus persuasissimus est de vobis, quod neque religionem, neque politiam, neque conjugium curetis, sed omnia confundatis.

Obrigkeit, kein Ehestand sey, sondern gienge alles untereinander, wie das Vieh, und thät jederman was er wolt. Nun rath, wie werden uns an jenem Tage vor dem Richtstuhl Christi ansehen die, so solche grobe Lügen dem Könige und andern Landen durch ihre Schrifft eingebilder haben für eitel Wahrheit? Christus unser aller HErr und Richter weiß ja wohl, daß sie lügen und gelogen haben. Des Urtheil werden sie wiederum müssen hören, das weiß ich fürwahr. GOtt bekehre, die zu bekehren sind, zur Busse; den andern wirds heissen, Weh und Ach ewiglich!

Daß aber der seelige Mann durch den aus Frankreich gesandten Doctor unsern Waim verstanden, ist klar aus seinem Bedenken, welches er des Mantuanischen Concilii halben zu Schmalkalden A. 1537. gestellt, wo er also schreibet: **Wir haben zu Wittenberg von dem *Oratore* des Pabsts, *Petro Paulo Vergerio* gehöret, daß er nicht gemeinet, und viel anders berichtet wäre, weder er es bey uns fünde, in vielen Stücken. Auch des Königs zu Franckreich Botschaft, *Doctor Gervasius***

öffentlich für uns bekennet, sein König wäre also überredet, und gewiß dafür hielte, daß bey uns Lutherischen keine Ehe, keine Obrigkeit, keine Kirche, noch nichts seye. Woher das habe der König, Pabst, und andere *Nation*, ist gut zu rechnen. Der Böswicht zu Halle und seines gleichen haben die Bücher, vielleicht auch Schriften, so lassen hinein bringen, damit unsern Büchern zu wehren: Aber GOtt ist ungefangen. Daß der Pabst und die Seinen in etlichen Stücken weit übereilet sind, zu glauben solchen schändlichen Lügen, derhalben schuldig sind, uns zu verhören. S. den VI. Altenburg. Theil der Werke Lutheri, f. 1075. und Seckendorfs Comment. de Lutheran. L. III. f. 145.

Seckendorf berichtet (†) aus einem Schreiben, welches einer, unter dem Nahmen Petritii Fracciani, an den Kriegs-Rath in Straßburg ergehen lassen, daß ein Kayserlicher Gesandter aus dem Burgundischen Adel, den er Noircarmium nennet, dem König in Frankreich beygebracht, die Protestanten in

(†) l. c. L. III. p. 3.

in Teutschland suchen nichts anders unter dem Vorwand der Religion, als die geistliche Güter an sich zu ziehen, lehren öffentlich von der Kanzel die Gemeinschaft der Güter, den Umsturz der Obrigkeit und des Ehestandes, und gäben einen Trieb des Geistes dabey vor: es seye unter ihnen eine unzähliche Menge Secten, und nichts Gesundes, ꝛc. Von dergleichen Lästerern nun muß der sonst kluge König sich haben einnehmen lassen.

Dieses war jederzeit ein Kunstgriff des Satans, denen Bekennern der Wahrheit, welche mit tüchtigen Gründen nicht widerlegt werden kan, die abscheulichsten Greuel anzudichten, um sie dadurch bey jedermann verhaßt zu machen, wie schon den ersten Christen widerfahren, wovon **Kortholds** Paganus Obtrectator und andere dergleichen Schriften sattsam zeugen.

Endlich finde ich noch deutliche Spuren von unserm **Waim**, daß er sich in dem Jahr 1535. eine kurze Zeit allhier in Memmingen, seiner Vater-Stadt, aufgehalten, und von der Obrigkeit in wichtigen Sachen zu Rathe gezogen worden. Da nun damals unsere Stadt, wie aus meiner Memmingischen Reformations-Historie erhellet, der Evangelischen Lehre eifrig zugethan ware, so ist hier-

aus

aus zu schliessen, daß er zu derselben Zeit nicht so feindselig gegen unsere Kirche gesinnet gewesen seyn müsse, als **Melanchthon** anfänglich geglaubet. Ob er aber von Anno 1531. bis auf dieses Jahr sich in Teutschland aufgehalten, oder in gedachtem Jahre wieder aufs neue zurück gekommen, kan ich aus Mangel der Urkunden nicht bestimmen: wie ich denn auch von diesem merkwürdigen Manne mehr nicht habe erforschen können.

XXX.

Zwey Briefe D. Luthers.

Aus einer alten Handschrift.

Es ist Schade, daß die Zeit nicht dabey steht, wenn der erste Brief geschrieben worden. Vermuthlich aber gehört er in das Jahr 1537. in welchem besonders von dem durch Pabst **Paul den III.** nach Mantua ausgeschriebenen Concilio berathschlaget wurde. Ich habe nicht erforschen können, wer der vornehme Mann gewesen, der deswegen in einer Gesandtschaft

gebraucht

gebraucht worden, wovon **Lutherus** beym Anfang des Briefes Meldung thut.

Vielleicht ist derselbe an D. **Bugenhagen** zu der Zeit erlassen worden, als er auf Erforderung des glorwürdigen Königs **Christian des III.** in Dännemark sich befunden. In des Königlich-Dänischen Herrn Secretairs Andreä **Schumachers** wichtigen Sammlung von gelehrter Männer Briefen an die Könige in Dännemark, und zwar in dem ersten Theile stehen p. 6. sqq. vier Briefe, welche D. **Bugenhagen** A. 1537. und 1538. an hochgedachten König zu Copenhagen geschrieben.

Fleissige Forscher der H. Schrift werden übrigens in diesem Briefe Ursache finden, an den tiefen Einsichten des seligen Mannes sich zu ergötzen, und daraus seine Stärke in der Auslegungs-Kunst zu erkennen.

Anton **Lauterbach**, an den der andere Brief gerichtet ist, war der erste Evangelische Superintendent zu Pirna, ein ächter Schüler und Freund **Lutheri**, welchen Johann **Aurifaber** in der Dedication des ersten Eißlebischen Theils seiner Schriften unter die wackern Männer zählet, die **Lutheri** Predigten und Lectionen mit grossem Fleisse nachgeschrieben haben.

Ich

Ich vermuthe, es seye noch nicht bekannt, daß er die lateinischen Tischreden Lutheri, welche Heinrich Peter Rebenstock in 2. Theilen zu Frankfurt in 8. A. 1571. herausgegeben, gesammelt und verfasset. Sie sind gar selten zu finden, weil sie nicht wieder aufgelegt worden, und begreifen manche merkwürdige Sachen in sich, die in den teutschen nicht stehen. Nur Schade ists, daß sie mit so vielen groben Druckfehlern beflecket sind.

Ich habe ihn an verschiedenen Orten als den Sammler derselben entdeckt: z. E. Tom. I. p. 95. a. Deinde conversus (Lutherus) ad me dixit: Anthoni, firmiter persiste, & ne sinas te deterrere hoc. Mundus non percipit fidem, charitatem, crucem, immo abhorret crucem seu (*ceu*) malum, ignara (*ignarus*) quod sub ipsa virtus Dei & fides exercetur & ostenditur, charitatem fugit, quæ propter Deum benefacit gratis &c. Wobey an dem Rande steht: *Antho. Lauterbach, Superattendens Pyrnensis.* Tom. II. p. 178. a. M. Phil. mihi & Cellario consuluit, ut ad tempus laceris Ecclesiis in illis causis serviremus. Wo abermal an dem Rande steht: *Ant. Lauterbach.*

In dem andern Theile dieser Colloquiorum p. 31. sqq. finden sich verschiedene merkwürdige

würdige Nachrichten von dem frechen Antitrinitario, Jo. Campano, welche ich bey meiner Abhandlung in dem XI. Theile Amœnit. liter. p. 1. sqq. von diesem Schwarm-Geist wohl hätte gebrauchen können, wenn ich diese Sammlung damals schon bey Handen gehabt hätte.

Wer der Milenchius, von dessen Buch Meldung geschieht, seye, weiß ich nicht. Es kan auch ein Schreibfehler seyn.

A.

D. Mart. Luth. D. Joanni Pomerano.

Gratiam, misericordiam & pacem in Domino. Primum quod faciendum existimo, imo teste Deo certissimum esse definio, se vocatum divinitus ad hanc legationem & functionem Deo gratissimam, ac Ecclesiis necessariam, & conscientiis multis salutarem, quam & hic benedicet & confirmabit, qui incepit, & perficiet, quod operatur. Secundo ut ex animo lætetur in Domino, ac non dubitet sese vallatum esse angelorum legionibus, adeo ut etiamsi solus esset, tamen sciat, se non solum esse.

Tertio,

Tertio, ſi Sathanam ſenſerit fuiſſe, eſſe & fore Sathanam, non miretur, ſciat, Sathanam eſſe Sathanam, quoniam ille, qui eſt in nobis, major eſt, quam qui in mundo. Non enim poteſt in tam magno Dei opere Sathan abeſſe, qui etiam in cœlo, paradyſo, Eccleſia ſemper fuit ſeditioſus & nequam. Cætera ſine me habet a Deo patre per Jeſum Chriſtum. Ex me autem ſi placet. Primum ne conciliet Papam & Lutherum. Secundo ne concilium Mantuanum ſerium eſſe perſuadeatur. Tertio ne credatur carnificem Hallenſem eſſe virum bonum, nec hoc doceat, alias ſpondeo meam operam, preces, diligentiam & quicquid potero, ut ita mutuas tradamus operas, & in communi hoc opus domini faciamus & urgeamus. Santes & Münſter & alii Grammatici Hebræi fideliter laboraverunt, digni omni gratitudine, ſed in ſententia Rabinos ſequuntur nimium. Non enim ſufficit Grammatica ad intelligendas ſacras litteras. Et aliud eſt Grammatica, aliud Lingua Hebræa, ſicut Græca Latinaque Grammatica non facit Græcos & Latinos. Lingua autem Hebræa deinde poſitiva grammatica magna ex parte periit apud Judæos, cecidit cum re & intelligentia, ſicut dicit

Jeſaias

Jesaias Es. 29. Ideo Rabinis in re sacra nihil est concedendum, dum torquent & cogunt Etymologias & syntaxes, quia volunt rem ex verbis cogere, & rem verbis subjicere, cum non res verbis, sed verba rebus servire debeant. Amissa autem re, frustra torquentur verba, qui unus est labor Rabinorum, noviſſimus tamen. Denique solent plerunque apertum locum, etiam Grammatica nobiscum consentiente, tantum odio Christi depravare, & in aliena transferre, quod facile ex hoc probatur, quod recentiores Judæi multos locos fabulose tractant, quos eorum veteres Magistri recte & vere tractant, & copiose & eruditissime. Burgensis testatur id passim in postilla Lyræ & Scrutinio suo, idem testatur ipse Lyra. Et est per omnia simile ipsorum studium, quale fuit nostris temporibus, quod amissa scripturæ intelligentia, sua figmenta & opiniones præconceptas verbis scripturæ affinxerunt, torquentes magna violentia etiam apertos locos in contrariam sententiam, sicut faciunt adhuc tam ipsi, quam omnes Hæretici. Ideo Grammatica quando oportet ab eis accipere, accipere licet. Sed omnes Etymologias aut sententias eorum sequi nullo modo licet, ut quos sciamus studiosis-

simos esse torquendis per grammaticas regulas verbis, & depravandis sententiis veris. Vides quoque hodie eos, qui student pure Latini haberi, quantum rejiciant Etymologiarum & regularum grammaticārum, Non regulas, sed usum volunt esse magistrum loquendi, & moderatum finem Etymologiarum atque regularum. Inde contentio inter Ciceronianos & alios diversæ partis Latinos. Et ego neque Latinus, neque Grammaticus, multo minus Ciceronianus, tamen magis eos probo, qui Ciceronian volunt videri & laudari. Ita etiam & in sacris literis malim esse pure Moseus, Davidicus aut Isaicus, si fieri possit, quam Kumichius Hebræus, vel alterius cujusdam Rabini similis hebræus. Nam danda est opera, vt principibus in qualibet professione efficiamur quantum possumus proximi & similimi, apud quos non modo est pura locutio sermonis, sed etiam vera intelligentia rerum. Garriunt quidam in illo Abacuc. 2. non esse scriptum: *Justus ex fide sua vivet*, sed ex veritate. Et parati sunt negare & damnare veram sententiam de fide, si per Apostoli Pauli translationem non prohiberentur. Sed produnt hoc ipso ignorantiam suam in verbis & rebus sacris.

Nam

Nam quis hoc neſcit, quod huic vocabulo fides in hebræo proprie nullum reſpondeat. Habent vero aliud, ſcilicet Emech, Emnea, veritas, ſed cui rurſum nullum apud nos vel Græcos, vel Latinos, vel Germanos reſpondeat verbum. Nam veritas ſonat apud eos firmum, certum, ſtabile, ſolidum, indubitatum, & dicitur de corporalibus & ſpiritualibus. Ut Pſal 88 teſtatur: In cœlo fidelis, h. e. certus, firmus, ſtabilis, cum de archa Noë loquitur Eſ. 7. utrunque per alluſionem conjungit, Si non &c. quod transfertur, ſi non creditis, non permanebitis. Gleubt ihr nicht, ſo bleibt ihr nicht. Eſt autem idem verbum ſola etymologia variatum. Grammatice ſic liceret vertere, Si non ſtabitis, certi eritis, firmi, veri non eritis, ſtantes, certi, firmi, veri. Vel ſic, Si non credideritis, non eritis crediti. Alterum igitur refertur ad ſpiritualia, alterum ad corporalia, hoc modo: Si non ſtabitis animo, non eritis firmi & certi ſenſu. Si dubitatis animo, ſi non eſtis veraces intellectu, ſi non vera voluntate, non poteritis ſtare, manere, aliquid verum, firmum aut ſolidum eſſe. Sed ſicut fluctuatis animo, & nihil certi eſtis in corde veſtro, ita & fluctuabitis, & nihil certi eritis in regno

veſtro. Jam hic quod diximus firmitatem, certitudinem animi, veritatem, ſtabilitatem animi, ſi intelligas in re ſpirituali, nempe de Verbo Dei, ſcilicet ut habeam firmum, certum, ſtabilem aſſenſum in verbum Dei, obſecro, quo nomine docebis me latine proferre? Nonne dices? Eſt omnino, quod latine fidere, credere, fidem habere, non dubitare dicitur? Quid igitur faciendum? Negas in Abacuc legendum fidem, niſi quod negas Veritatem in eo legi, cum fides & veritas ſint idem in hebræo. Neque multum in Latino Veritas a fide differt, ſive de animo loquamur, ſive de corpore. Dicunt Etymologi, fidem dici, eo quod fiat vel ſit h. e. Veritatem eſſe rebus foris, quæ ſignificatur intus verbo cordis, & foris verbo oris. Porro Hebræ. 11. eruditiſſime hebræam vocem explicans quaſi definitione, vocat fidem hypoſtaſin ſeu ſubſtantiam de rebus futuris, eo quod fides faciat firmum, certum, verum, ſtabilem, & ſubſiſtentem animi ſententiam, quæ non fluctuet, dubitet, vana, falſa, & nihil ſit in corde, ſeu fallax imago aut ludificatio ſine re aut veritate, quales ſunt opiniones hominum de Deo, quarum nulla ſubſiſtit, aut res aliqua eſt vera, certa ſolida, ſed eſt fluctuans, inſtabile,

ſtabile, vagum, figmentum in corde. Alias vocatur etiam eadem Veritas Necona hebraice Pſ. 5. Quoniam non eſt in ore eorum &c. h. e. nihil ſolidum, firmum, ſtabile, ſubſiſtens, hypoſtaticum, ſed omnia ſunt fallacia, vana, dubitata, id quod vere eſt idem, quod nihil eſſe, nihil ſubſiſtere, non eſſe hypoſtaſin. Inde Pſal. 51. Spiritum rectum h. e. veracem, certum, indubitatum, firmum, ſubſiſtentem, exiſtentem, non fallacem, fictum, dubium, vagum, Einen Geiſt, der ein rechter Geiſt, nicht ein gemalter, gedichter Geiſt ſey, denn er iſt falſch und nicht ein wahrhaftiger Geiſt, ſed carnis quædam cogitatio & figmentum. Quare idem eſt dicere, Juſtus ex veritate vivit, h. e. ex certo, non dubitato, aut vano, ficto, falſo, ſed firmo, vero, conſtanti animo, quo adhæret verbo Dei, Quod Paulus transtulit, *ex fide*, volens ſcilicet, quod fides ſit hypoſtaſis animi, conſtantia, veritas animi, quæ veraciter, conſtanter, enter, ſubſiſtenter, non fallaciter & nulliter adhæret verbo Dei, quod alias pliropho-rian ſolet dicere. Impoſuit autem nobis philoſophia in verbo illo hypoſtaſis, quæ utitur ea pro ſubſtantia relata ad falſum, vanum, nihil, incertum. Sic & de divinis

perſonis dicuntur hypoſtaſes, id eſt, non tales, quæ vel ſunt vanæ aut ementitæ, ſed res veræ, ſtabiles, ſubſiſtentes. Nunc facile intelligitur illud, Hypoſtaſis rerum ſperandarum, ſi primum rejecto philoſophiæ ſenſu acciperes juxta verbum Dei, in quo non res ſperandæ concipi poſſunt (cum nihil ſint) niſi verbo proponantur, ſive vero, ut eſt Dei, ſive falſo, ut eſt hominum. Deinde ne hypoſtaſin rerum intelligas philoſophico more ſeu formaliter quaſi res futuræ habeant ſubſtantiam ex fide, & fides ſit formalis, eſſentialis pars rerum ſperandarum. Sic vita eſt hypoſtaſis corporis viventis, ſed more hebræo & ſcripturæ, quod ſit hypoſtaſis rerum ſive de rebus, ſeu quas res ipſa videt, comprehendit, indubitato & certo ſenſu. Hæc eſt fides in verbo Dei quæ non mentitur, & fides in ipſum non fallit &c.

B.

D. Mart. Luth. Antonio Lauterbach.

Satis video, mi Antoni, in aula Dreſdenſi mirum eſſe faſtidium conſulendi de rebus

bus Dei & hominum, ita regnare videtur ſuperbia & avaritia. Princeps ſenex nihil poteſt. Juniores nondum audent, nec ipſi poſſent, ſi auderent. Deus ipſe gubernet Eccleſias ſuas per ſe, donec inveniat media organa, per quæ nobis apparenter gubernet Eccleſiam. Amen. Hic nihil novorum, niſi liber Milenchii, in noſtros principes furioſus. Turcam dicunt incredibili apparatu advenire. Sed interim ludimus & bibimus fortiter. Cæſar, Gallus, Ferdinandus voluptuantur in Flandria. Orandus eſt Dominus pro iſto die illuſtrationis ſuæ, ut quam citiſſime veniat. Veni Domine Jeſu! Amen!

Ketha mea ex vera morte miraculoſe valde reſurrexit, & jam reptat manibus, diſcens ambulare, Dei manifeſtum ſignum eſt. Ipſa te reverenter ſalutat, cum tua Agnethe & Eliſabeth. Vale & ora pro nobis quoque, ſicut & nos facimus. Feria 4. poſt Oculi. Ao. 1540.

Nachdem dieſes bereits zum Drucke fertig war, ſo fande ich in des ſeel. Paſt. **Wolfen** Conſpectu ſupellectilis ſuæ epiſtolicæ & literariæ manu exaratæ p. 246. ſqq. ein geſchriebenes, aber mangelhaftes, Volumen

Dictorum & factorum memorabiliorum h. Martini Lutheri in fol. welches er aus dem Uffenbachischen Bücher-Schatze erhalten, und ebenfalls gemuthmasset, daß Anton **Lauterbach** es gesammelt: wie er denn auch darinn manches von Campano gefunden, das in den teutschen Tischreden vergebens gesucht wird. Er meldet aber hiebey nichts von der Rebenstockischen Ausgabe, welche doch darinn von der geschriebenen Sammlung unterschieden ist, weil jene ganz lateinisch ist; diese Collectanea aber, wie seine Worte lauten, partim Latina, partim Germanica lingua conscripta sunt. **Rebenstock** zeigt auch in seiner Vorrede an, daß derjenige, der die Reden **Lutheri** lateinisch aufgeschrieben, vieles in teutscher Sprache eingemischet habe: er seye aber von den Verlegern ersucht worden, das Teutsche in die lateinische Sprache zu übersetzen, und habe auch diese Arbeit gerne um der Ausländer willen übernommen. Seine Sammlung füllet beynahe drey Alphabete in kleinem Drucke aus. Auf dem Bande meines Exemplars ist vorn das Bild **Lutheri** zu sehen, worunter der Vers steht: Noscitur ex scriptis mens viva, hinc forma Lutheri; hinten aber das Bild **Melanchthons** mit dem Vers: Forma quidem picta est, sed mens tua nescia pingi.

XXXI.

Drey Briefe Phil. Melanchthons.

Aus einer alten Handschrift.

Diese Briefe haben keiner Erläuterung nöthig: nur in dem andern ist der Nahme Mezentius einiger massen räthselhaft. Man kan aber gar leicht erkennen, daß der Herzog von Braunschweig **Heinrich**, der den Evangelischen so aufsätzig gewesen, dadurch verstanden werde. Jacob **Thomasius** in Clavi in Epistolas Philippi Melanchthonis. p. 16. sq. Tom. I. Historiæ Sapientiæ & Stultitiæ, collectæ a D. Christiano Thomasio, hat folgende Muthmassung von der Ursache, warum ihn **Melanchthon** also in seinen Briefen genennet: Mezentius Henricus Dux Brunsvicensis. Sed quare Mezentius? Nam si literas spectemus, hoc nomen in Albertum Moguntinum (den Cardinal von Menz) competit potius. An propter tyrannidem? An alusum aliquo modo ad factum ejus, concubinam per aliquot annos alentis, cui tanquam mortuæ, cum vivam sciens haberet,

juſta fieri præceperat, ut ita aliquo modo quadret in eum illud de Mezentio Virgilii VIII. Æn. p. m. 318.

Mortua quin etiam jungebat corpora vivis,
Componens manibusque manus, atque
oribus ora.

Conf. Philippi, Landgrafen zu Heſſen, vierte Verantwortung, p. m. 41. **Melanchthon** nennte dieſen Herzog auch bisweilen in ſeinen Briefen Lycaon, wie **Thomaſius** vermuthet p. 15. von Wolfenbüttel, welches einige Lycaoniam nennen.

A.

Philippus Melanchthon Antonio Lauterbach.

Nos in examinibus experimur, quantum nocuerit Eccleſiis pertinacia mortui ducis Georgii. Tanta eſt inſcitia multorum, ut prima elementa doctrinæ chriſtianæ non teneant, quæ certe didiciſſent, ſi Dux non impediiſſet accerſi idoneos doctores Eccleſiarum. Dat ergo pœnas Tyrannus perpetuo apud inferos. Hæc eo ſcribo, ut populo dicas, ut gratias Deo agant, quod

quod tenebræ hæ depellantur. Hic Michael habebit opus te monitore & doctore. Est admodum rudis. Curabis igitur, ut studiose legendo & audiendo se exerceat. Interdum eum audies. In conventu fœderatorum Arnstadii adhuc deliberatur de pace retinenda. Tu precibus tuis commenda Deo Ecclesiam. Bene vale.

B.

Phil. Melanchthon eidem.

Gratum est mihi, quod nostræ consuetudinis & amicitiæ memoriam retines. Nam prodest Ecclesiis animorum conjunctio in his, qui docendi munus sustinent. Precamur etiam ex animo, ut Christus regnum suum in vestris & nostris Ecclesiis augeat, ut vero cultu, veræ doctrinæ cognitione, vera fide Deus colatur. Hoc ut ardentius optare debeamus, tempora nos admonent. Videmus enim tyrannos magis magisque minari Ecclesiis nostris, videmus & nostrorum negligentiam. Edita est proscriptio contra civitatem Mundensem, & executio mandata est Mezentio Braunsvicensi.

censi. Deus dissipet consilia Tyrannorum, qui hac ipsa proscriptione bellum nuntiarunt. Mitto tibi pagellas disputationis proximæ, teque rogo, ut interdum de rebus vestris significes, Quantum nos possumus, serviemus Ecclesiis vestris. Ideo vos quoque commendate nos Deo piis precibus. Bene vale. Die Elizabethæ 1539.

C.

Phil. Mel. ad amicum.

Quanto dolore propter honestissimæ conjugis obitum affectus sis & crucieris, facile ex hac mea animi mœstitia & dolore, quem ex hoc casu incredibilem accepi, conjecturam facio. Nam quæ cogitationes tuæ nunc sint, quodque desyderium hoc communia fere exempla in hoc genere humano satis edocent. Quare in hoc tuo luctu neutiquam potui illud vulgare officium amicos consolandi prætermittere. Scis enim magnitudinem amoris mei erga te. Non autem potes ex ulla re alia præsentius solatium his malis tuis aliunde petere, nisi si cogites, & certo tecum statuas animo, hoc

non

non ita temere, ſed certa quadam & benevola Dei voluntate accidiſſe, & ſimul etiam, non vana, ſed ſingulari diſpoſitione divina res humanas ita comparatas, ut nullum hujus vitæ bonum perpetuo ſit ſolidum. Quod ipſum fortaſſis hac gratia fit, ut diſcamus hinc æquo & chriſtiano animo tolerare, quicquid in hac mortalitate, aut adverſi aut commodi nobis uſu veniat, & rebus ſecundis non efferri, & Dei benevolentiam ubique agnoſcere. Sed magis impium eſt, non ſuſtinere patienter voluntatem Dei, ſi aliqua adverſitate, ſi orbitate conjugis, liberorum & amicorum angimur. Docent enim ſacræ litteræ, & exempla pene omnium Sanctorum teſtantur, haud adeo feliciter cum iis agi, qui proſpera tantum hujus vitæ ſentiunt, & ab afflictionibus omnibus, quæ communes ſunt chriſtianis abhorrent. Nota eſt ſententia Salomonis: *Quos diligit Dominus* &c. Et in epiſtola ad Hebr. adulteri filii vocantur, qui perpetuis fortunæ bonis gaudent. Amiſiſti uxorem charam, pudicam, ſanctam, bene moratam. Fateor & ſcio. At quid facias? aut quid, obſecro, te maceres, cum & hæc voluntas Dei fuerit, cui obſiſtere nemo poſſit? Et magis gaudere debebas, quod

ſecun-

ſecundum hanc Dei voluntatem, in tam ſancto mortis genere atque adeo in hac vocatione ſui puerperii, diem ſuum obierit. O felicem illam & beatam, quæ liberata ſit ab hujus ſæculi infinitis pene malis, relinquendo ſui tam dulce, tam deſyderatum deſyderium. Nos infelices, qui in hoc mundo, tanquam in ergaſtulo quodam, & tam infinitis pene malis detineamur. Sed finem facio epiſtolæ in conſolando, ne plus augere videar dolorem, quam allevare. Quod ſerius ſcripſi, cupio me excuſatum tibi. Nam per hebdomadas aliquot domi non fui. Bene vale, & Chriſto te totum commenda.

XXXII.

Handlung mit den Lehrern der lateiniſchen und teutſchen Schulen in der des H. R. R. Stadt Augſpurg wegen des Interims.

A. 1551.

Aus einer alten Handſchrift.

Was das leidige Interim in den teutſchen Evangeliſchen Kirchen vor eine Zerrüttung angerichtet, iſt ſatt-

ſam

sam bekannt. Es ist aber auch der Mühe werth, nach und nach darzuthun, was in diesen und jenen Orten besonders damit vorgegangen. Solches ist bereits in Ansehung verschiedener Städte geschehen: und ich habe in meiner Memmingischen Reformations-Historie aus tüchtigen Urkunden p. 217. sqq. berichtet, was meine Vater-Stadt deswegen betroffen, womit noch zu verbinden dasjenige, was ich in den Actis historico-ecclesiasticis sæc. XV. & XVI. p. 201. sqq. davon beygebracht habe. Da ich nun vorzüglich auf die Erläuterung der Schwäbischen Kirchen-Geschichte bedacht bin, so will ich jezo auch von der ansehnlichen Reichs-Stadt Augspurg etwas vortragen.

Ich besitze ein Manuscript, welches einige hierzu dienliche Urkunden in sich fasset. Daß solches aus den Originalien genau abgeschrieben worden, und also auch denselben gleich zu achten seye, bezeuget ein beygefügtes Notariats-Instrument. Den grösten Theil machen hievon aus allerhand Briefe, die nach aufgehobenem Interim wegen neuer Bestellung Evangelischer Kirchen-Diener geschrieben worden. Ich bin Willens, nach und nach einige davon an das Licht zu stellen. Es sind zwar etliche bereits gedruckt in

dem

dem Wahrhaften kurzen Bericht, wie es mit Beruffung und Bestellung der Kirchen-Diener Augspurgischer Confession in der Stadt Augspurg jederzeit gehalten worden, der A. 1585. in 4. herausgekommen. Diese Schrift ist aber ausser Augspurg sehr selten anzutreffen.

Was ich hier liefere, ist aus gedachter Sammlung genommen, und hat das Licht noch nicht gesehen. Der vortreffliche Herr Paul **von Stetten** hat in dem ersten Theile seiner mit allgemeinem Beyfalle aufgenommenen Geschichte der des Heil. Röm. Reichs freyen Stadt Augspurg p. 473. dieser Sache kurze Erwehnung gethan.

Man kan sich leicht vorstellen, daß es in einer Stadt, wo damals der Kayser selbst nebst seinen vornehmsten Ministern, unter welchen ein Bischoff den Rang hatte, sich befande, scharf hergegangen seyn müsse.

Unter den teutschen Schulmeistern, die das Interim nicht angenommen, ist Peter **Höschel**, ein Vater des nachmals so berühmt gewordenen Rectoris des Augspurgischen Gymnasii, David **Höschels**, den man mit Recht eine Zierde unsers Schwabenlands nennen mag. Welcher Umstand dem seligen Crophio nicht bewußt gewesen; sonst würde

er

er wohl in seiner lesenswürdigen und mit vielem Fleisse ausgearbeiteten Historie des gedachten Gymnasii p. 175. dessen Meldung gethan haben.

Anno 1551. den 31. und lezten Tag des Augusti, wie desselben Jahrs die Finsternus der Sonnen um 12. Uhr im mittag angefangen, das mittel um 2. das ende um 4. seind zue Augspurg von einem Ersamen Rhat, durch Kayser Caroli des Fünfften bevel, alle Lateinische und Teutsche Schulmaister auffs Rhathaus um 2. Uhr nachmittag zu kommen, von wegen das Interim anzunemen, erfordert worden. Sind derhalben desselben Jars, Montags nach Bartholomej auf gemeltem Rhathaus, und zu bestimter Zeit erschienen 9. Lateinische Schulmaister, aus welchen seind vier beständig blieben, nemlich Johannes **Busch**, Johannes **Karg**, Paulus **Schmid**, Wolfgang **Merz**. Der Teutschen Schulmaister seind gewesen, wie Ich bericht 37. vnder welchen 3. Weiber, die für ihnen selbst schul mit maidlein gehalten. Von diesen seind Frer 10. beständig blieben, welcher namen sind diese, Walterus **Wiener**, Peter **Höschel**, Jörg **Gayll**, Hanns **Feyglin**, Hañs **Müller**, Hanns **Pürtzel**, Ul-

rich Stengel, Hanns Kuppeler, Jörg Brumer, Onophorus Zeffler. Seind also der Teutschen und Lateinischen Schulmaister 14. die das Interim anzunemmen, sich gewaigert, dann ein ieder innsonderhait alle nacheinander inn die Rhatstuben gefordert, examiniert, und ein jeglicher nachdem er geantwurt, an sein Ort, durch einen Rhatsdiener, den Mayer, gefürt worden, die das Interim angenommen, inn die Steurstuben, die es nit angenommen, in das Stattknecht Stüblin, gegen der Steurstuben über. Einer mit Namen der Baumgartner ist gefüert worden in die Richtstuben, wie derselbig gesinnet gewesen, mag ich nit wissen. Sunst ist ainer inn der Rhatstuben blieben, nemlich Andreas Dietert, wo er hinkommen, oder verhalten worden, mag ich nicht wissen. Dann ich ihn inn gemelter Stuben, wie ich hinein beruffen, auch nit gesehen habt, wiewohl ich Ihn hinein gehen hab gesehen. Die Herren, so uns zu verhören verordnet, seind diese vier gewesen, Herr Hanns Jacob Fugger, Herr Christophorus Peutinger, Herr Christoph Rhelinger, Herr Mattheus Anthoni Welsers Sohn, handt einen Schreiber bey Inen gehabt, auß der Canzeley mit Namen David. Weil wir

nun

nun nach ainander inn die Stuben gefordert, mag ich nit wissen, wie mit ainem jeden innsonderheit gehandelt, oder was ihnen fürgehalten, auch sie darauf geantwurt. Derhalben ich kürzlich, wie es mit mir ergangen, erzehlen will, wiewohl es doch ainmal mit allen von wegen das interim anzunemmen zu thun gewesen ist.

Wie ich für die genannten Herren inn der Rhatstuben kommen, hat der Herr Hanns Jacob **Fugger** zu mir gesagt, **Merz**, Ich sage euch von wegen eines Ersamen Rhats euere Schul auf, und seit iezt hinfüran kein Schulmaister mehr. Darauff ich geantwurt: Ich sey schuldig inn diesem und andern meiner Oberkait zu gehorsamen. Nachdem hat sein Gnaden angefangen, da liege Kay. May. bevelch, wöll ich ihn lesen, so müg ichs thun, und hat mir ihn herbotten, hab ihn aber nit lesen wöllen. Dieser bevelch, spricht Seine Gnade weiter, will, das wir euch fragen sollen, ob ihr die allgemeine Catholische alte Kirche und Religion annemmen wöllet für euer Person, und derselben nach gemäs leben, und euch halten, darzu auch das Interim, oder welches ihr auß den baiden wöllet annemmen. Darauff ist dis mein Antwort gewesen. Wie ich zum ersten an-

